validet iudicium,vide Ant.consi.18.item de eo dicendum est de licentia ge-
nerali,vide etiam Are.l.si quis mihi bona.§.iussum,de acq.hæ.

a tenui[a] vobis,& ita tenẽt cõiter doct.vt l.miles.§.1.de caſtr.pec.
13 eſt caſus hodie in d.c.fi.de iudi.¶† Quæro,an in actionib.pu-
blicorum criminum, filius poſſit eſſe ſine conſenſu patris in iu
dicio?Gl.vr̃ dicere ꝙ non,& ſic ſunt correcta iura antiqua. cõ-
trarium tenẽt oẽs doc.in l.poſt legatũ.§.1.ff.de his quib.vt ind.
Maximè.n.cùm hæc ſit cã,in qua pater nec habet, nec hr̃e p̃t v-
14 ſumfructum,ſm ea quæ dixi s̃.† Quæro,quid ſi filius agit ꝯ pa
trẽ,an requiratur patris conſenſus. Gl.dicit ꝙ non,dic vt in ea.
Sumus expediti de tota gl.quæro,ſi requiritur patris cõſenſus,
b an requiratur in quolibet actu, an ſufficiat ab initio[b] conſenti-
re ei,vt agat,vel defendat.Puto ſufficere ſi ab initio conſentiat.
Idem vr̃ hic velle gl.in ſolutiõe ꝯrij l.deniq;. §.vtrum.de mino.
15 †Quæro quando pater conſentit filio, an poſſit cõſentire per
c epiſtolam,[c] vel per nuncium?videtur ꝙ non,ſicut dicimus in tu
tore,vt l.obligari.§.tutor.ff.de auct.tut. ꝯrium puto verum, ar.
l.honores.circa fi.ff.de decurio.nec ob.quod dicitur de tutore,
quia aliud eſt authoritas,aliud cõſenſus. Nam conſenſus p̃t ad-
d hiberi per epiſtolã:ſecus in authoritate, [d] vt dixi in l. ſi qs mihi
bona.§.iuſſum.ff.de acq.hær.quod no.per gl. & Im.plenè in ca.
dudum.de reb.eccle.non alie.lib.6.Multa alia eſſent quærenda
circa materiam iſtius §.quæ ponit Spe.latè in ti.de acto.§.j.ver.
item excipitur ꝙ filius.& ſeq.Tamen ex his,quæ s̃.dixi,apparet
ſolutio omnium.& apparet in quibus bene dixit, & in quibus
malè.Licet tenuerim vobis in hoc §.opi.Otto. quæ ſine dubio
verior eſt,& de iure:tñ conſulo ꝙ in iſtis opi.non ponatis, vos,
ſed adhibeatis patris cõſenſum,qñ poteſtis,quia tutius eſt,&c.

a ADD.¶Ale.Tenui.Vide hic per Ia.Belui.in diſput.per bar.l.inter liberos,§.j. de adul.per Dy.& Im.l.ille à quo,§.filius,ff.ad Tre.Ia.de Are.bar.& bal.Ang. & Sal.hic tenent contra gl.& etiam Ia.but.Sed Cy. hic tenet gl.adde Spe.in tit.de act.§.1.verſi.item cum agit, & Io.Andr.qui refert alios ita tenere, per d.l.miles.

b Ale.Initio.Et pro hoc facit,quod no.bal.l.1.s̃.de ſacroſ.eccl.in repet.vbi dicit ſufficere generalem licentiam datam filio per patrem,quod teſtetur ad pias cauſas,ad hoc qđ no.bal.l.2.§ qđ obſeruari hic,&de iura.cal.& bal.in §.pro xi.Sed an iſte conſenſus præſtitus in cauſa prin. trahatur ad cauſam appella tionis,vide Cy.& Bal.& Sal.l.inuitus,s̃.de proc.Adde an pater, qui in iudi-cio ſatiſdedit, videatur pro filio conſenſiſſe.Io.And.in add.ad Spe.in titu.de act.§.1.ver.ſed quid ſi præſentet patre li.conteſt.

c Pariſ.Epiſtolam.Vide Ale.in l.ſi cum dotem,§.ſi patri.ff.ſolu.ma.& in l.ſi quis mihi bona,§.iuſſum,in prin.ff de acq.hær.

d Pariſ.Authoritate.Quod ſit differentia,inter authoritatem,& conſenſum in patre,quando præſtat filio maiori,vel minori,vide Alex.conſi.160.

1 *Filiofami.minori datur curator ratione hæreditatis,non perſonæ.*
2 *Libellus,in quo quis dicit ſibi eſſe ius agendi eundi ad talem fundum per talem fundum,quòd procedat.*

a §. SINAVTEM.*a* ſi filius minor diſcordat à patre,idẽ iuris eſt,
quod s̃.tñ cũ filius ſibi q̃rit,ꝑ curatorẽ ſibi datũ adminiſtrabit.
1 H.d.†No.quod q̃do filiusf.eſt minor,nõ datur curator ꝑſonæ,
ſed hr̃ditati,ſeu bonis,vt hic vides Gl.ſuper verbo, hæreditati.
vide qõẽ de facto, q̃ habui ponamꝰ qđ dicat inſtr̃m curiæ filiif.
curia dedit curatorem tali filio ad adminiſtrandũ bona talis hę
reditatis ſibi obuenientis,an valeat talis datio.vr̃ qđ nõ,vt hic:
puto ꝯrium,nã hic tex.vr̃ excludere qđ non detur curator ꝑſo
næ,vt per hoc excludatur patria poteſtas,ſed ex forma illius in
ſtr̃i curatorij hoc ꝯprehendit,ergo,&c.præterea vide in ſiſi. lex
dicit quod ſeruitutes ſunt iura prædiorum,& dr̃ alibi:ſnĩa ꝓdio
2 datur,vt l.q aliena.§.fi.ff.de ne.ge Sed pone †quod dñs dicit in
libello,vel iudex in ſnĩa, ſibi ius eſſe eundi agendi ad talem fun
dum per talem fundum, vr̃ quod nõ procedat libellus:nam nõ
eſt ius ſibi,ſed prædio. tamen lex dicit contrarium,vt l.4.in pr.
b ſi ſer.ven.ergo,&c.idem in propoſito dicamus.[b]

a ADD.¶Ale.Sinautem.De materia huius §.vide plene Spe.in titu. de acto.§.1. ver.ſed & filius,ver.in præmiſſis,& ver.ſed nunquid.

b Pariſ.Dicamus.Idem ſequitur & refert Ang.Are.inſt.de tu.in pr.gl.j.

a §.SIMILIQVE MODO.*a* etiam in caſtrenſib. quod filius re-
cuſat,patri quæritur.H.d.Hic nouus caſus.no.quod dixi in ſum
mario. ex quo dicunt Doct. econuerſo,ſi filius eſt inſtitutus ex
cauſa profectitia,contemplatione patris, in patre recuſante q̃-
ritur filio.No.ſecũdum iſtum tex.quaſi ipſe pater ab initio,&c.
ad id quod dixi s̃.ea.l.§.1.&c.

a ADD.¶Ale.Modo.Vide Im.l.ſi quis mihi.§.iuſſum.de acq.hær.Cy.&bal.s̃.ea. l.in prin.& Cy.hic,& Lud.Ro.l.is qui hæres,§.fi.e.tit.

1 *An quando pater agit,debeat ſatiſdare iudicatum ſolui.*

a §.VBI AVTEM.*a* vbi filius volũtate patris adit, ſibi ꝓprietas
b q̃ritur, patri vſusfructus cũ plena adminiſtratione,[b] excepta a-
lienatiõe,& niſi in caſib. neceſſariis hac l.exp̃ſſis. H.d.op & vr̃,
ꝙ filius poſſit agere ſine conſenſu patris, vt in auct. quod locũ.
1 s̃.de col ſo ſpãlis caſus eſt ibi.†Quæro,quando pater agit,vtrũ
dẽat ſatiſdare iudi.ſolui, & rem ra.ha. Gl.diſtinguit.aut hoc fa-
cit vt legitimus adminiſtrator,& non tenetur cauere, vt l.fin.§.
defenſionem.de admi.tu.Aut hoc facit vt extraneus,&cogitur
ſatiſdare,vt l,ſi filius.qui ſatiſ.cog.vbi gl. H.d.idẽ vr̃ tenere Dy.

c.ratum.de re.iu.lib.6.ꝯ hoc facit ff.ſo.ma.l.2.§.voluntatem.iõ
d.Ia.But. diſtinguebat tres caſus.aut agit pater vt legitimus ad-
miniſtrator:aut hoc facit vt extraneus,&dic vt ĩ iſta gl.aut agit
noĩe proprio, non vt legitimus adminiſtrator,ſed req̃ritur con
ſenſus filij,ꝑꝑ cõionem actionis,& tũc cogitur cauere de rato,
vt d.§.voluntatẽ. ſed ꝯ hoc op.de iſto tex.qui dicit, adhibeať ẽt
filiorum cõſenſus:ergo apparet ꝙ debet caueri de rato pro eo,
aliàs nõ eſt tutum aduerſæ parti,ſicut d.§.voluntatem.ſo.quod
hic dr̃.adhibeatur filiorum conſenſus.d.§. Iac.de Bel.dicit,ſ.ta-
citus,quod ſatis placet.Nam eo ipſo quod filius ab initio cõſen
tit patri adeunti , vr̃ conſentire ei quod ſemper actionem mo-
ueat,& defendatur tanquam ſi perfectè eſſet dominus, vt l.1.s̃.
ti.j.Pręterea nõ animaduerto,quomodo iſta cautio de rato poſ
c ſet committi.[c] nam aut filius non habet ratum,&pater tenetur
ipſe tanquam filio repudiante,& ſic iudicium eſt validum,vt in
ſua perſona.aut filius veniens habet ratum, & tunc non poteſt
committi.Alia,quæ ſunt in hoc §.ſunt clara.

a ADD.¶Alex. Autem. Sed de vno quæro,an in his,& aliis caſib.in quib.pater alienat bona filij,q eſt minor,in tali alienatione requiratur decretũ iudicis, & Azo in ſum.huius tit.tenet ꝙ non.& doc.in l.de reb. ff.de tranſ. vbi etiam dicunt, quod pater poteſt etiam ſuper relictis compromittere , ſuper rebus aduentitiis filiorum,ſi loquamur in compromiſſo neceſſario ex forma ſtatu ti:ſecus dicit in tutore,l.ſi plures,& ibi dixi.Et illud dictum Azo.refert Bal. l.præſes,s̃.de tranſa.& per iſtum text.decidetur facti q.quod ſi quis eſt obli-gatus ad quinquaginta annua, habens duo millia in bonis, inſtituit vxorem in vſufructu omnium bonorum,&Titium hæredem vniuerſalem,non debet ante omnia deduci de hęreditate quantum valet actio ad quinquaginta,ſed ſalua debet remanere tota proprietas duorum millium, & de fructibus ſol-uendum eſt ante omnia debitum annuum , & de reliquis vxor percipiet v-ſumfructum.& ita etiam ſequitur Matth.in 7.no.& vide no.Bar. in l.cum ali menta,ff.de alim.leg.

b Pariſ. Quid autem ſi pater facit aliquas impenſas in talibus rebus , an filius teneatur:an vero cenſeatur pater donare,vide Bar.in trac.de duo.fra.

c Alex.Committi.An pater agens pro filio caueat de rato. Et aduerte,quod in hoc vltimo caſu,in quo Bar.videtur dicere,quod ſi agit nomine proprio,te netur cauere,niſi hoc inducat cõmunio actionis,vt in dote.Adde quod hoc non videtur poſſe procedere in terminis iſtius l.& ſimilium.quia impoſſibi-le eſt , quod agat nomine proprio. Nam ille ſolus poteſt actionem nomine proprio mouere,qui poteſt alienare, & non alius,l.ait prætor, §.eſt enim, ff. de iure del.ſed pater non poteſt alienare,l.1.s̃.de bo.mat.igitur,&c. ſed hoc videtur ſenſiſſe Bar.in d.l.1.s̃.titu.1.& ideo hoc ſimili modo poſſet intelligi, quando pater eſſet reus,quia quilibet poteſt defendere etiam inuitum.l.1.ff. de ſol.ſed in agendo nõ video.Et ita videť intelligi quod no.Bar.d.l.ſi filius. qui ſat.cog.vel niſi intelligas res in caſu d.§.voluntate. propter communio nem actionis.quod hic videtur velle Bar.&plenè per iſtum tex dicit hic no. Ang. quod in aduentitiis nihil poteſt facere pater ſine conſenſu filij , quod intelligit,niſi forte eſſet infans per ea,quæ dixi s̃.ti.1.l.1.& text.hic, & adde Bar.in l.1.tit.1.ergo,&c.

¶Et aduerte,ne hæc apoſt.te decipiat:quia non eſt regula illa,quod qui non poteſt alienare, non poſſit agere:ſed loquitur in ſuo caſu,ſ.cũ hæres delibe-ratam adeat hæreditatem,nõ poteſt alienare rem hæreditariam, nec eam in iudicium deducere.Dicendum eſt ergo generaliter, quod quicunque habet de conſuetúdine,vel ab ipſo,vel alio iudice ordinario adminiſtrationem,is poteſt agere,& conuenire ſine conſenſu alterius,vt ff.quod cuiuſq.vni.no.l. fi.& 7.q.1.quia ſunt.Et,vt meis detur audacia ſcriptis,hæc ſunt verba Spe.ti. de acto.§.fin.ver.quid de clericis.vbi ſpecifice de patre mentionem facit. & dicit quod poteſt actionem mouere per ſe,data opi.Alex.pro vera,ſequere-tur quod ſacerdotes capellarum,qui non poſſent alienare,non poſſent age-re ſine conſenſu epiſcopi,cuius contrarium eſt verum,vt per Spe.vbi s̃.

a §. FILIIS AVTEM. *a* filij non poſſunt de aduentitiis abſque
b patris voluntate diſponere in ꝯctu, *b* nec in vltima volun.H.d.
Gl.mouet hic aliquas qq.ſatis faciles. Vltimò gl.ſignat ꝯrium,
& non ſoluit.Vide gl.ſuper ver.dominium.in fi.glo. ſed hic lo-
quitur,quando alienatio erat prohibita propter alium.ibi,pro
pter ſeipſum , vt patet in d.l.ſi pignus. Quæro, licet filius non
c poſſit alienare,an poſſit ſuam perſonam obligare[c] obligatione
perſonali.Tex.& gl.videntur ꝙ ſic,in l.& hęredi.§.filia.& §.ſeq.
ff.de pact.dic vt ibi.

a ADD.¶Alex.Vide Bar.in l.3.ff.ſol.ma.An filio poſſit ſolui ſine patre in caſib. in quib.patri non acquiritur vſusfructus,& adde Bal.in l.qui aliena, §.vno, ff.de ne.geſt.& l.1.in pr.ſi ſer.ven.Adde quod Dy.conſ.21.refert Ioan.And.in add.ad Spec.tit.de ceſ.§.1.ver.ſed nunquid minor.dicit, ꝙ ſi filius actionem quæſitã ex ſuo contractu,ſine conſenſu patris cedat,patre poſtea ratifican-te,quod valet ceſſio,licet in prin.non valeret,quia cedere eſt alienare, & a-lienare non poteſt, vt hoc §. & ratificare à principio , & ex poſt facto, ſunt paria,cum confirmet etiam à iure prohibita,vt l.fi.s̃.ad Mac.& l.iulianus,§. pen.ff.eo.& quia pater facta per filium confirmat non ſolum expreſſe,ſed e-tiam tacite,vt ff.de acq.hær.l.qui aliena,reſp.2.& 3.

b Pariſ.Contractu.Circa iſtam materiam in quantum gl.hic format q.an talis alienatio firmetur iuramento:aduerte quia Bal.Ang.Soc.& Pau.de caſt.l.& hæredi. §.filiusfa. ff.de pac.& ibi vide Cur.& alios Mod.faciunt, quæ dixit Pau.conſ.306.& iſta videtur vera ſententia,licet aliqui ſenſerint cõtrarium. vide in d.§.filiusfa.& procederet etiam iſta pars, & ſi ſtaret ſtatutum,quod filiusfa.ſeparatus à patre poſſet ex quolibet contractu ſe obligare,tanquam paterfa. quia deberet intelligi de contractu valido, ſecundum Bal.l.1. C.de euic. & ita alias conſuluit Curtius, & quod etiam ſi fideiuſſores dati in tali

alien

alienatione non teneantur, item quod ista alienatio non reconualescit mortuo patre secundum bal. hic, Pau. de Ca. consi. 125. alias 127. Item cum filiusf. possit talia aduentitia donare cā mortis sine consensu superioris, vide Ro. consi. 512. item de materia, & an filiusf. possit donare ex ista causa, vide Pau. consi. 127. item an lata sententia ꝗ filium possit fieri exequutio in bonis aduētitiis. Ro. consi. 154. quid autem si pater cōsentiat filio donanti causa mortis rem pleno iure, in qua ipse habeat vsumfr. an videatur renunciare, & illa extinguatur ac si iam fuisset alicui creditori delegata, & in ea authoritate iudicis pro vtendo vsufructu, quousque esset sibi satisfactum, vide mirabiliter Ant. de but. consi. 8. per totum. item ꝙ quando filius disponeret in vtilitatem suam & patris, valeret, vide bal. l. quæcunque, s̄. & per gl. ibi, Ias. l. iusiurandum, quod ex conuētione, §. pupillus, in fi. de iureiu. & de eo quod dictū est s̄. de patre consentiente, an videatur renunciare vsufructui. vide Anch. cōsi. 116. in 1. dub. aduerte tamen quod si filiusf. debite contraheret, posset fieri executio in talib. bonis aduentitiis, etiam in præiudicium vsusfructus, cum sit data administratio talium bonorum filio per patrem, vel in proprietate tantum si non concessit administrationem, vt per Alex. post bar. l. si finita. §. si de vectig. de dam. infe.

c Ale. Obligare. An filius possit suam personam obligare obligatione personali, & sensit bar. in l. fi. § 1. de ver. ob.

Adde tu tex. in l. fi. §. fi. s̄. communia de leg. & Ale. in consi. 18. in 7. vol.

§. VBI AVTEM. Hæreditatem infanti debitā potest pater pro infante adire, vel repudiare, rest. ī integ. filio reseruata, & semel restitutus, iterum non restituetur. h. d.

a §. IN SERVIS. a in his, quæ momento permansura sunt penes filium, patri non quæritur vsusfructus. H. d.

a ADD. ¶Parif. Seruis. Vide in simili quæ habes ad Bar. l. qui fic. ff. de sol. vide Ias. l. quoniam contra, circa fi. s̄. de test. & quæ ipse ponit in l. non tantum, C. de le. prope fi. vide etiam ibi alia in contrarium, & ibi in fi. quid dicatur momentum. item an & quando ius momentaneum habeatur in cōsideratione, vide bal. in c. 1. extra de causa pos. & proprie.

¶Ce hæreditatib. decurion. nauiculariorum, &c. Rub.

LEX I.

a SI QVIS NAVICVLARIVS. a Hereditas eorū, q̄ in hac rub. nominantur, si successores ab intestato non habent, quæritur illis qui sunt de eorum collegio. H. d. totus iste tit. Hoc, quòd dicit de decurionib. no. quòd quando decedit aliquis de consiliariis sine hærede ab intesta. non succedit fiscus, sed ordo consiliariorum de illo consilio.

a ADD. ¶Alex. Nauicula. Si decedit aliquis de consiliariis sine hærede. Et facit ad no. in l. 1. s̄. vnde vir, & vxor. & per Mat. in tract. successionis ab intesta. in vlt. art. prin. item adde quod dicit bal. l. repetita. in fi. s̄. de const. pec. quod si decedit mercator de vniuersitate sine hærede, alij succedunt sibi in bonis, q̄ habet ibi, non in aliis, & allegat text. in ar. optimum, in l. diuus, ff. de iure fis. Et quid de nobilib. qui habent homines suos decedentes ab int. an eis succedant. bal. hic no. quòd sic.

BARTOLVS AD VII. Librum Codicis.

¶De vindicta libertate. Rub.

LEX I.

1 *Decretum interpositum ex falsa causa, fauore libertatis non rescinditur.*

EORVM QVI. vno modo legitur, in decretis interpositis. ex causa falsa in iure vera tamē in facto. alio modo legitur econtra, & secundum vtranque lec. bř hoc videtur dicere. Decretum

1 † ex falsa causa interpositum fauore libertatis a

a non rescinditur. H. d. secundum vtranque lecturam.

a ADD. ¶Ale. Libertatis. In qua rub. nihil dicit: ideo sequitur alia, videlicet.

¶De testamentaria manumis. Rub.

LEX II.

1 *Ad confirmationem codicillorum, an requiratur quòd sit adita hæreditas.*

2 *Vtrum appellatione reliquorum contineatur liber rationum.*

1 EX TESTAMENTO. quæro † vtrum ad confirmationem

a codicillorum requiratur, quod sit hæreditas adita. a Text. est in

2 l. fi. in prin. ȷ̄. co. & est tex. in l. 4. ff. de fideic. lib. ¶† Quæro vtrū

b appellatione reliquorum, b contineatur liber rationum. Tex. est in l. 4. ff. de fidei. lib.

a ADD. ¶Ale, Adita, Vtrum ad confirmationem codi, requiratur aditio hæreditatis, vide bar. l. is qui in testa. de fidei.

b Ale. Reliquorum. Vide Bar. in l. si is cui in libert. de cond. inde.

¶De fideicom. libertatib. Rub.

LEX VI.

DEBERI. Hæc est bona lex. quid si discordant in pretio? Certè iudicis officium debet interuenire in concordia. Casus est in l. alieno. §. fi. de fideicom. lib. & de communi seru. manu. l. 1. circa prin.

LEX VIII.

1 *Quid importet verbum, placuit.*

CVM PROPONAS. opponitur, & videtur ꝙ istud relictum libertatis sit captatorium, vt l. nonnunquam. de cond. & dem. solu. hic confertur in voluntatem hæredis, ibi in voluntatem extranei. item op. & videtur quòd in voluntatem hæredis non possit conferri, vt l. senatus. §. legatum. de le. 1. sol. ibi fuit collatum in liberam voluntatem heredis, si voluerit. hic non in liberam voluntatem, † licet fuit dictum si placuerit, nam intelligi-

1 tur arbitrio boni viri. casus in l. Thais. §. sorore. de fidei. lib. q cit no. ad hoc. facit pro statutis: consueuit dati libertas certis hominib. faciendi quicquid placuerit. ibi est text. no. De aliis verbis, putauerit, æstimauerit, & simil. habetis in l. si sic. ff. de le. 1.

LEX XVIII.

1 *Executor an habeat actionem, cum hæres præuenit soluendo legata ad pias causas.*

1 CVM QVIDAM. † quæro, quid si heres præuenit a in soluen

a do legata ad pias causas, an executor habeat actionem. Tex. est

b no. b in l. si libertus sub ꝯditione. §. 1. de bo. lib. & ibi Dy. tangit.

a ADD. ¶Ale. Præuenit. Vtrum hæres possit præuenire executorem, vide quod no. bar. l. si seruus, & s̄. e. & etiam potest præuenire episcopum sec. bal. l. nulli. de epis. & cle. per Spe. in ti. de instr. edi. §. nunc vero. ver. denno. Adde quod bal. consuluit, quod hæres potest præuenire executorem eius, consi. 118. vo. 2.

b Ale. No. Dicit gl. quod ex l. correctoria potest ar. sumi, plene per bar. & ibi di xi. ff. ad Syll. l. si quis.

¶De latina libertate tollenda. Rub.

LEX I.

1 *Ex lege correcta potest argumentum sumi, si sit in corpore iuris inclusa, aliàs non.*

CVM DEDITITII. no. gl. super verbo, imaginem, quæ dicit,

1 † quod ex lege correcta potest argumentum sumi, si sit in corpore iuris inclusa, non aliàs, vt gl. in l. 1. in pr. de coniun. cum eman. li. eius. & in c. authoritate. de conces. præb. lib. 6.

¶De communi seruo manumis. Rub.

LEX I.

1 *Regula, vt quis non cogatur inuitus vendere, in quibus casibus fallit.*

2 *Regula, vt quis non cogatur inuitus emere, in quibus casibus fallit.*

1 IN COMMVNES. not. bene regulam l. nec emere, † s̄. de iu. delib. quod quis non cogatur emere, nec vendere. ista reg. fallit hic fauore libertatis. simili ratiōe fallit in l. 2. in fi. de pat. qui fil. dist. item fauore vlt. volūtatis, vt l. si æquo. secundum vnum casum. ff. de leg. 1. Fallit etiam in odium domini atrocitatis seruum, vt insti. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. fi. item fallit in odium mētientis, vt ff. de act. emp. l. Iulianus. §. si Titius. item fallit etiam in l. quamuis. ff. de pign. act. sed impropriè. nam fallit, quia creditor ibi non cogitur vendere, sed ostēdere pignus de-

2 bitori, si vult illud vendere. † Alia verò regula, vt quis non cogatur inuitus emere, fallit in casib. specialib. Primò in l. Iul. §. idem Celsus. ff. de act. emp. & l. communi diuidūdo. §. fi. ff. communi diu. & in l. cum in fundo. §. si fundus. de iu. do. & in istis casi. est ratio fallendi, ne quis inuitus in communione viuat, contra l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. ind. & l. fundus ille. cum gl. sua, ff. de contrah. empt. fallit etiam fauore vltimæ vol. in d. l. si æquo. secundum alium intel. insti. de leg. §. non solū. fallit fauore ecclesiæ, in auct. de alie. & em. §. si verò secūdum prædictum. item fallit fauore fisci, vt l. cotem ferro. §. 1. ff. de publica. quòd no.

¶De seruis Reip. manumit. Rub.

LEX I.

1 *In creatiōe syndici vniuersitatis, ꝙ debeat interuenire authoritas superioris.*

SI ITA. lego hanc l. & l. 2. de decuri. in l. nulli. ff. quod cuiusq;

1 vniuersit. nom. not. † quòd in creatione syndici vniuersitatis, debet interuenire authoritas superioris. Aliter dixi de hoc in l. actor. ff. rem ra. hab.

¶De vsucap. pro emp. vel pro transactione. Rub.

LEX II.

1 *Res, quæ non possunt ex dispositione legis alienari, vel ex dispositione defuncti, non possunt vsucapi.*

2 *Vendicatione prohibita per testatorem, videtur prohibita donatio.*

a SI CONTRA. a no. ex hac l. † quod res, quæ nō possunt ex di-

1 spositione l. alienari, vel ex dispositione defuncti, non possunt vsucapi. no. etiam primam gl. huius l. quam allegaui, quòd pro-

2 hibita † venditione per testatorem, videtur prohibita donatio. ita tenet gl. hic. ita videtur tenere text. in l. voluntas. s̄. de fidei. vt ibi dixi.

a ADD. ¶Ale. Contra. Vide ꝙ habes in l. voluntas, s̄. de fideic. vide quæ dixi in l. vbi lex. ff. de vsuc. & ibi bar. & hic, no. in l. filiusf. §. diui. de leg. 1. & vide hic, an appellatione venditionis, veniat omnis contractus, adde bal. c. 1. de contro. inter do. & em. vbi vide, & ad quod habetur in l. vniuersos, ȷ̄. ne rei do. vel temp. & in l. statulib. cæteris. de statulib. & gl. no. in fi. C. de præd. curia. li. x. & no. in l. fin. & quod ibi dixi, s̄. de reb. alien. non alien. & in l. 1. C. si aduer. tran. & in l. alienationis, de verb. sig. & quæ no. bar. l. filiusf. §. diui. de leg. 1. & ibi Im. cōsuluit bal. consi. inc. in Xp̄i nomine, quidam habuit vxorem do. Io.

ꝙ si statutum vetat mulierem, vel minorem alienare, vel modo aliquo vendere, seu obligare, non habet locum in restitutione, seu libertate, C. de pd. cur. li. 2. quo casu stabimus iuri cōmuni. Nec plus dicit bal. Tu adde ad hæc, quæ dixi post bar. l. si vnus, §. pac. ff. de pact. & an ꝓhibita alienatione, sit prohibita pignoratio, vide in l. quorum, ff. de pig. Abb. Sicu. ca. j. de his quæ fiunt à præl. sine consensu ca. dicit no, ꝙ verbum vendō nō cōprehendit in se donōnem neque permutationem per bar. l. fi. C. de pd. cur. lib. x. ꝯ l. statulib. & l. voluntas, de fideic. cōcludit, ꝙ vbi fit commemoratio pretij, verificatur tātum in vendōne vulgariter, & stricte sumpta, vt l. fi. de præd. cur. Sed vbi fit mentio pretij, tunc capitur largo modo, nisi in materia odiosa. Sed propter communem vsum loquendi, qui regulariter attenditur, & contra propriam vocabuli significationem, l. libellorum, §. quòd tamen Cassius, & l. Labeo. de sup. leg. c. ex lr̄is, de spō. capietur verbum vēdō, pro spē distincta ab aliis contractib. vt capitur ibi, & in d. c. ex istis adde bal. hic, & ꝙ post eum scripsi ad hoc quod no. bal. l. 1. s̄. de re. permu. Adde circa pr. apost. dum alle. bal. qđ pro illa parte facit, quod consuluit Ro. consi. 280. & 393. quod stante statuto quod mulier non possit alienare sine cōsensu duorum propinquorum, quod nihilominus poterit quietare maritum de fructib. bonorū paraphernalium, & adde quod bal. consi. 345. quod l. 2. huius ti. 2. quod præceptum factum filiis minorib. ne diuidant non est nudum, ideo non valet diuisio si cōtra fiat.

LEX IIII.

VENDICATIONI. Hic no. primò, quod probo, nō reprobo, secundò no. quod vsucapio absorbet dominium. H. d.

LEX V.

SI PARTEM. no. ex isto fine, ꝙ res vi possessa, non potest vsucapi, donec in potestatem domini reuertatur. H. d. Hoc tamē quod dicit, domini, intelligo, id est, eius qui expulsus, vt probatur ff. de preca. l. certè. §. pe.

LEX VII.

CVM SIT. istam legem intelligo, ꝙ res est furtiua, secundum ius creditoris, & isto respectu non potest vsucapi. Sed si extraneus surripuisset eēt furtiua etiam respectu domini. ita probatur ff. pro soc. l. fi. & de vsuc. l. sequitur. §. si rem.

LEX VIII.

EX CAVSA. intellige secundum veram opinionem de eo, quod datur ex causa transactionis, non de eo qđ ex causa transactionis retinetur: tunc in eo non transfertur dominium, nec vsucapiendi conditio, vt l. si pro fundo. s̄. de transact. quod tamen intellige, vt perfectè dixi s̄. e. l. 1.

¶ De vsucapione pro donato. Rub.

LEX III.

IRRITAM. De ista materia vide plenè in l. Celsus. ff. de vsuc.

¶ De vsucapione pro dote. Rub.

LEX VNICA.

1 *Maritus est dominus rei dotalis.*

2 *Maritus possidet rem dotalem.*

1 RES. ex hac lege apparet, † quod maritus est dominus rei dotalis, quia si in eum non transfertur dominium, nec vsucapiendi conditio secundum regulam positam in l. clauib. ff. de contrah. empt. l. Pomponius. §. si iussu. cum sua gl. de acq. poss. item
2 apparet, † quod maritus possidet rem dotalem. Si. n. non possideret, non vsucaperet. probatur in l. Pōp. §. si in dote. de acq. po.

¶ De vsucapione pro hærede. Rub.

LEX II.

a NIHIL. *a* in suis hæredib. cessat vsucapio pro hr̄de. H. d. tex. & gl. rationem ponit gl. & no. gl. ibi item hoc dicunt quidam, &c. In hoc vtrum existentia sui hæredis opererur aliquid quando habuit cohæredem. Dy tangit in l. apud Iulia. §. idem Iulia. ff. ad tre. in l. 2. s̄. de iur. delib. plenius in l. si filius, qui patri. de vul. &
b pup. Quærit gl. an mala fides defuncti transeant ad hæredem. *b* Dy. de hoc plenè in c. possessor. de re. iur. lib. 6. Ego tetigi vobis & gl. tangit in l. Pompo. §. cum quis. de acq. poss.

a ADD. ¶ Alc. Nihil. Iste tex. est sing. secundum bal. & adde similem in l. 2. §. fi. Paris. Vide Ale. l. si filius qui patri, ff. de vul. & pup. & in l. qui se patris, C. vnde lib. Ias. in l. 1. in prin. s̄. qui admit.

* Claud. istam l. limitat singulariter bal. in rub. extra, de præscr. quem refert Alex. l. 1. col. pe. s̄. qui admitt. & in l. in suis, ff. de lib. & posth.

b Ale. Hæredem. Vtrum mala fides authoris noceat successori, vide bar. l. cum hæres, & quæ ibi dixi ff. de diuer. & temp. præscr.

¶ Communia de vsucapion. Rub.

LEX I.

1 *Colonus, an possideat.*

1 QVI EX CONDVCTO. Glo. intrat materiam hic, † vtrum colonus possideat & constat, ꝙ non: sed nūquid amittatur possessio, si colonus deiiciatur, videbitis in l. fi. j̄. de acq. pos.

LEX II.

IAM PRIDEM. res fiscales non possunt vsucapi. H. d.

§. SI MALA. mala fid. authoris, nocet successori vniuersali. h. d.

¶ De vsucapione transformanda. Rub.

LEX VNICA.

1 *Ad præscriptionem quando requiratur titulus, & bona fides, et possessio cōtinuata, & quod idem sit in vsucapione.*

2 *Mala fides superueniens non interrumpit præscriptionem: secus de iu. cano.*

CVM NOSTRI. reiectis aliorum tpum curriculis, vel circulis, res mobilis vsucapiebatur triennio à possidēte titulo, & bo
a na fide, *a* nec superueniens mala fides eam interrumpit: & sublata est differentia rerum italicarum & prouincialium. H. d. te
1 nementi. quod † ad præscriptionem requirūtur titulus, & bo-
2 na fides, & possessio continuata, idem in vsucapione. item nō.
b ꝙ † mala fides *b* superueniens nō interrumpit præscriptionem.
c Secus de iure canonico, [c] vt in c. 2. de re. iur.

a ADD. ¶ Ale. Fide. Et de ista bona fide, quomodo intelligatur, vide bar. l. indebiti. §. sed si nummi, ff. de cond. ind. vide bar. l. si de eo. §. 1. ff. de acq. poss.

b Ale. Fides. Et sic videtur ꝙ gl. in l. item si res, de alie. iud. mu. cau. fa. per quam solet limitari auth. malæ fidei. non procedat iure canonico, vt hic in gl. vide inst. de act. in §. sed istæ.

c Par. Cano. Aduerte tamen, quod licet de iure cano. mala fides superueniens interrumpat præscriptionem: secus est si superueniat dubietas. vide Alex. & Are. in l. 3. §. genera, ff. de acq. poss.

¶ De acq. & retinenda poss. Rub.

LEX I.

a PER LIBERAM. [a] per liberam personam quæritur possessio ignoranti: vsucapiendi condō demum scienti. H. d. Gl. tua tractat quādam materiam, & essent duæ materiæ. Primò, qualiter dēt hoc intelligi, an vtroq; gerēte in aīo, an altero tm̄. Qđ q̄rat dn̄o, hūistis tex. in l. fi. s̄. si qs al. vel sibi. & ꝓbatur in l. q mihi donatū. ff. de don. Scđò gl. intrat hic materiā, qūo possessio q̄dā habet multū facti, & parum iuris: quædā multū iuris, & parum facti, &c. plenè examino in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc.

a ADD. ¶ Ale. No. istū tex. q vr̄ reqrere factū eius, cui ꝑ p̄scriptionē reqrit, de quo in c. accedēs, in gl. de p̄b. ꝙ no. Io. and. ti. de teste, §. nūc vidēdum, ver. ad hoc opponitur. & q̄ sit rō, ꝙ vsucapiendi condō hæc n̄ acqritur ignorāti, vide Rap. & Old. in l. 1. §. ꝑ procuratorem, ff. e. & per Im. in l. possessio. §. fi. ff. e.

LEX II.

1 *Possidens sciente venditore, præsumitur quòd ei fuerit possessio tradita.*

2 *Si præcedit titulus, postea sequatur possessio, in dubio præsumitur possidere ex titulo præcedenti.*

3 *Testis interrogatus de possessione, recte assignat rationem sui dicti per hæc verba, dico Titium possidere, quia vidi eum locare, fructus recolligere, & alia, vt dominum facere.*

4 *Traditio possessionis, an possit probari per instrumentum.*

a MINVS. [a] Hæc est bona l. in his, ad q̄ qs tenetur, patiētia hr̄ ꝓ ꝯsensu. H. d. Op. de l. q vas. §. vetare. ff. de fur. vbi in dubio qs p̄sumitur ꝯdicere. so. hoc est verū, nisi in his, q̄ qs tenet̄ facere. hic ē
1 cas⁹ hic. No. ergo, qđ † q possidet sciēte vēditore: p̄sumitur qđ
b ei fuerit possessio tradita, *b* vt hic. Et istud, ꝙ tex. dicit, diu, denotat facti accidentiā, nō iuris ministeriū, fm̄ gl. & bn̄. hodie tn̄ in instr̄o vēditiōis ponūtur illa verba: q̄ rē ꝯstituit se suo noīe pos
c sidere. itē, qa dedit ei licētiā apprehendēdi, &c. Itē dēs scire, *c* ꝙ
2 † si p̄cedit titulus, & postea sequatur possessio, in dubio p̄sumitur possidere ex ti. p̄ce. vt no. in l. q̄dā. ff. de rei ven. No. illa ver-
3 ba, q̄ dicit tex. omniaq; vt dn̄m gessisse. Et ex hoc hēs, ꝙ † testis interrogatus de possessiōe, recte assignat rōem sui dicti, per ver
d ba, Dico Titiū possidere, qa vidi eū locare, [d] fructus recolligere, & alia, vt dn̄s facere solet, ar. huius l. fac. ff. de sol. l. Titia. Plus dicit gl. nostra hic, quia ēt si nō sit dominus, in dubio isti actus
e p̄sumuntur fieri tanq̄ à dn̄o. [e] † Quæritur hic, vtrū possessio tra
4 dita posset probari per instr̄m. Hic tex. facit ꝙ sic, dū dicit, licet eīn instr̄o, &c. Tu dic, ꝙ traditio possessionis ciuilis bene pōt approbari per instr̄m, dū dicit, cōstituit se suo nomine possidere. sed traditio possessionis naturalis, seu corporalis ita demum potest probari per instr̄m, si instr̄m esset confectum in conspectu fundi. ita posset intelligi l. prædia. ff. e. & ibi dixi post Iac. de Are. & doc. hoc tāgunt. Ex illis ergo verbis instr̄i, quæ dn̄t, vendidit

a ADD. ¶ Alex. De hac l. minus, vide quæ habentur in l. 3. in prin. ff. de acq. pos.

b Ale. Tradita. Quo ad probandum traditionem possessionis, sufficit probari me possidere sciente venditore. adde Bal. in l. inducias, s̄. de rei ven. vbi idem post Ia. de Aret. secus si ab eo non habuisset titulum, per not, per Bal. in l. solennibus, de rei ven. per Bart. in l. celsus, de vsu. & vide Bal. hic, & ꝙ ibi dixi. Vide Bar. in l. pe. de exec. rei iud.

c Ale. Scire. Per Bar. in l. cum solus, & l. Celsus, de vsu. ita intellige, si possidens pro parte sua adimpleuit contractum, alias secus. ita no. dixit Bal. in l. super longi, de præscr. lon. temp.

d Ale. Locare. No. pro teste, & hanc regulam intellige, vt per Bar. in l. qui vniuersas, §. qui colonum, de acq. pos. & quod no. voluit Bart. in l. ad probationem, s̄. loc. & ad probandum dominium dixi saltem remissiue in l. rem quæ nobis, post Bar. ff de acq. pos. & vide no. inst. de ac. §. sic itaque. & dixit Bald. in l. indicia, s̄. de rei ven. ꝙ non tamen per exceptionem fructuum probatur possessio, sed etiam probando ꝙ ego iui per locum possessionis agendo aliquid, l. postulatio, §. hoc quoque, de ver. ob. item dicit Bal. per gl. ibi. quod si probo quod feci seminare, arare, & colere, quod probata est possessio in l. si quis, s̄. fin. reg. licet non probetur de recollectione fructuum. Dixit tamen Bal. in l. post sententiam, s̄. de sen. quod per ire in possessionem, non probatur possessio, sed per recollectionem fructuum. adde qualiter probetur possessio, Bal. cons. 73. & cons. 377. Et qualiter receptio pensionis probet possessionem, cons. 270. omnia. vol. 3.

e Paril. Domino. Vide Ale. cons. 136.

a didit,nõ ꝓbaꝛ poſſeſſio[a] tradita,niſi in ꝯſpectu fundi,tũc eẽnt ꝓlata illa verba.vide d.Ia.de Are.in d.l.ꝑdia.qđ eſt notãdum ꝙ per illa verba tradidit,vendidit,vr̃ cõcedere authoritatem,ſeu lciam accipiendi poſſeſſionem ſua authoritate,vt d.l.prædia.

a ADD.¶Ale.Et addde quæ habes in l.creditorem,ĵ.de pig.& ĩ l.ſi ex ſtip.ff.e.

LEX III.

a DONATARVM.[a] infanti q̃ritur poſſeſſio rei ſibi traditæ.H.d.Opp. de l.1.§.adipiſcimur.in fi.ff.e.Multæ ſo.dantur finaliter Dy.dicit,quædam ſunt res,in quib.infantis cadit affectio, vt in aliquo iocali,& tunc ei queritur poſſeſſio,vt hic.quædam ſunt in quib.non cadit eius affectio:& tunc ſtatur contrario.

a ADD.Ale.Per h.d.Lu.l.1.in pr.de ver.ob.quod in iocalib.infans ꝑt ſtipulari,ſi fari ꝑt,ex quo circa ea habet affectionem,vide bar.in l.q̃uis,§.infans,ff.e.ti.

LEX IIII.

LICET. poſſeſſio nudo aĩo nõ q̃ritur,ſed nudo aĩo retinetur: & q ad poſſeſſionẽ nõ accedit metu perſonæ,poſſeſſionẽ non ꝑdit.H.d.Circa legẽ nr̃a eſſet videdũ,quid ſit poſſeſſio,& quotuplex,& qualiter acq̃ratur,& quaľr ꝑdatur,&q̃s ſit poſſeſſiõis effectus.iſta omnia examinantur ff.e.l.1.in pr.in illis gl.ma.qui volunt repetere trahunt hic,& ibi ego dixi plenè.

LEX V.

1 *An emens à colono,qui rem tradat,præſcribat.*

a CVM NEMO.[a] nemo ꝑt ſibi cãm poſſeſſionis mutare, nulla cã ſuperueniente lrima.H.d.Hæc lex legitur in gl.nr̃a.2.mod. vel 3.primò quod colonus meus rẽ meã alteri vẽdidit, ꝙ non placet,qa ꝑ hoc dñs priuaretur poſſeſſione,vt l.pegre.§.qb.eo. ti.ſecundo mõ legitur,ꝙ ſibi primo voluit poſſidere, poſtea alteri vendidit,& tradidit.iſta lect.laborat e. morbo cũ præcedẽti.alij dicunt,ꝙ hic colonus emit ab eo,quem ſciebat nõ dñm terræ:licet habeat titulũ,nõ tamẽ habet poſſeſſionem.nõ.n.ꝑt mutare cauſam poſſeſſionis ſuæ.Hic eſt verus caſus not.in hac l.Circa iſtam l.primò eſt q̃rendũ,quot modis mutetur cã poſ-
1 ſeſſionis.dic,vt in gl.ſecundò†q̃ritur,qđ ſi aliquis emit à colono,& colonus ſibi tradidit,vtrum iſte talis emptor poterit præſcribere?& determinat gl.tua ꝙ ſic per l.non ſolum.§.vulgo.ff. de vſuc.difficultas huius q̃onis pendet ex hoc,quia ab vno habet titulũ,vt à colono,ab alio habet poſſeſſionem,vt à dño, & tex.in l.eum,q.§.pe.ff.de pub.videtur requirere, quòd quis habeat titulum,& poſſeſſionem ab eo. Gl.tangit ff.de vſuca.l.cũ ſolus,& ibi perfectiſſimè examinaui.

a ADD.¶I.A.Nemo.Adde quod iure can. mutans ſibi cauſam poſſeſſionis priuatur iure ſuo,vide bar.in tract.differentiarum inter ius ciui.& can.

LEX VI.

SI NVLLA. Qui occupat poſſeſſionem ſine cauſa, tenetur eam reſtituere.H.d.

LEX VII.

IMPROBA. poſſeſſio vitioſa nõ prodeſt ad vſucapionẽ.h.d.

LEX VIII.

PER PROCVRATOREM. Hanc legem habuiſtis s̃.eo.l.1. Dic vt ibi.

LEX IX.

NEC EX VERA. iuſtus titulus,& improba poſſeſſio ad vſucapionem non ſufficiunt,vt l.ſi ex ſtipulatione.ff.e.

LEX X.

NEMO. poſſeſſio non prodeſt ad vſucapionem.H.d.

LEX XI.

a VITIA.[a] vitia trãſeunt ad quemlibet ſucceſſorẽ.H.d. Hoc eſt verum in vitiis realib. & quaſi realib. vitia verò ꝑſonalia,vt eſt mala fides,tranſeunt cum vniuerſali ſucceſſore,non ad ſingula
b rem.[b] Videbitis ĵ.ti.j.l.j.de iure tamen canonico videtur aliud. no.per Dy.in c.poſſeſſor.de reg.iur.lib.6.

a ADD.¶Ale.Vitia.De hoc vide quod habes poſt bar.l.cum hæc res, de diu.& tem.præſc.per Canoniſtas omnes in c.vigil.in c.ſi.de præſc.vbi vide,&adde Im.in l.ſi qua.§.tunc alias,& §.ſeq.ff.de vſucapioni.

b Claud.Singularem.De hoc vide per Ale.conſi.83.volu.1.& conſi.39.volu.2.& eundem Ale.& Claud.in l.Pomponius,ff.eo.

LEX XII.

a EX LIBRIS.[a] iſta eſt vna de conſtitutionib.quas Roſ. cõmẽdat.Op.de l.3.§.ꝙ ſi ſeruus.ff.e.& l.peregre.§.quib.e.tit.ſo.quatuor ſunt caſus.primus,q̃n ſeruus,vel colonus deiicitur. ſecundus,q̃n ſeruus,vel colonus vẽdidit,& tradidit.Et iſtis caſib.dñs poſſeſſione priuatur,vt legib.ꝯriis.Quandoque ſeruus,vel colonus derelinquit poſſeſſionem,vel perdit,& iſtis caſib.nõ priuatur dominus poſſeſſione.ita loquitur hic,&c.

a ADD.¶Ale.Liberis.Ad hanc legem vide omnino Gul.de Cu.in l.licet.s̃.e. Pariſ.Liberis.An autem,& quando præſcriptio contingens ex fratre coloni noceat domino,vide Ro.conſi.472.ad fi.

¶De longi temporis præſcriptione. Rub.

LEX I.

1 *Vitium litigioſi purgatur tranſactione facta ſuper re,ſeu ſuper cauſa:ſecus ſi ſuper inſtantia.*

CVM POST. Perempta inſtantia,remanet vitium litigioſi, quod ad ſingularem ſucceſſorem non tranſit, qui adminiculo
a authoris non vtitur.H.d.Op.vitia tranſeunt[a] ad ſucceſſores,vt s̃.tit.1.l.vitia.ſo.ibi de vitiis realibus,vt no. in d.l.vitia.Op. s̃ de pact.poſtquam liti.ſo.& eſt no. ſi quidem inſtantia perit triennio,vel cõſenſu partium, q̃ renunciauerunt tantum inſtantiæ, durat vitium litigioſi,vt hic:ſecus ſi renunciauerũt liti. Hic eſt caſus in d.l.poſtquam liti. quia tunc res deſinit eſſe litigioſa.ita
1 tenet iſta gl.quam vide,& ſigna.no.ergo,†quod per trãſactionem ſuper re,ſeu ſuper cauſa,purgatur vitium litigioſi:ſecus ſi tantũ fiat ſuper inſtantia.Facit ad hoc, ꝙ habuiſtis no.s̃.de iud. in l.properãdum.§.& ſi quidem,& quòd habuiſtis no.ĵ.de fructib.& lit.expen.l.2.Opponitur de auct.vt ſpon.largi.§. rurſus. vbi videtur,quòd vitium perſonale nocet ſingulari ſucceſſori. ſo. Fateor, quòd in hoc eſt illud immutatum, per dictum §. ideo vide auct.

a ADD.¶Ale.No.limitationẽ ad id quod dr̃,quod vitiũ litigioſi durat perempta inſtantia,& eſt ſñia gl.hic.Et adde quod licet duret vitium litigioſi,quo ad quædam perempta inſtantia,tamen res poteſt alienari,vt hic,&no.bar.l. ſi.ĵ.de litigi.& ibi vide melius per Ang.in §.1.in fi.ad bar.l.mota,s̃.de tran.

AVTHEN.

a MALAE FIDEI.[a] Hic eſt caſus,in quo ad præſcriptionẽ longi temporis requiritur ſcientia eius,contra quem preſcribitur, quòd eſt contra regulam ĵ.e.l.fi.Cætera dic,vt ibi in gl.

a ADD.¶Ale.Ad intellectum huius auth.vide bal.l.ancillæ,s̃.cõtra de fuc.& cano.in c.ſi diligenti,de præſc.& bar.in l.Pompo.in prin.de acq.poſſ.vbi vide. ¶Adde huic auth.q̃nq; limitationes,q̃ hic dat Pa.de Ca.&q̃ pulchre voluit Ol.ꝯſi.19.Et an ꝑſcriptio liberet ꝯſcientiam,vide bal.ꝯſi.229.cũ duo.ſe.3.vo. ¶Barb.Et pro iſta auth.vide bar.cõſ.185.inc.quidam nomine Titius vendidit, vtrum quis poſſit vti tẽpore ſui authoris in præſcr.¶Par.Vide Are.in §.iſtæ. inſt.de act.ponentem decem ſeu duodecim limitationes,& Are. conſi.54.vbi vult quod iſta diſpõ non habeat locum in debitore qui hypothecauit alteri rem ſuam,& poſtea alteri eam vendidit ſcienti, & doloſe, vide per eũ. & circa iſtam materiam vide bar.poſt Ale.l.Pompo.§.cum quis, ff.de acqui. poſſ.vbi ponit octo limitationes ad hanc auth. vbi ponit an procedat de iure can.vide Al.in l.rem q̃ nobis,de acq.po. item qđ iſta auth.nõ habeat locũ in reb.mobilib.vide Ale.ꝯſi.277.circa fi.in materia Fel. l.ſi diligẽti.de præſc. item aliqua in materia huius auth.vide per Are.in l.ancillæ.C.de fur.

LEX IX.

1 *An exceptio præſcriptionis impediat litis ingreſſum.*

EMPTOR. Hæc eſt bona lex. Exceptio præſcriptionis poteſt opponi in initio,ſed poſt lit.conte.probari.h.d. Hic videtur ca-
1 ſus,† ꝙ exceptio præſcriptionis[a] non impedit litem conte.in
a ꝯtrarium dicunt Doct. quia præſcriptio eſt inuẽta,vt ſit litium finis.ff.pro ſuo,l.ſi.ergo impedit lit.conteſt.vt s̃.de tranſa. l.fratris.& ibi tetigi.& ff.de ver.ſig.l.tranſacta finita.& per Gul.in l. eleganter.§.ſi quis poſt,ff.de con.ind. Non ob.hæc lex, quia nõ opponebatur ad impediendũ proceſſum, ſed ad iuſtitiam cauſæ.poſtulabat.n.ſe abſolui à petitione,nõ ab inſtantia.h.d.tex.

a ADD.¶Ale.Præſcriptionis. An exceptio præſcriptionis impediat litis ingreſſum,& vide quæ dixi poſt bar.l.fi. pro ſuo & vide bar.l.non ſolum.§.morte. de oper.no.nun.& h.c adde bar.in l.ſi.s̃ alleg.

LEX X.

NEC BONA. memento quando facis articulos ſuper probãda præſcriptione,quòd concludant tempus preſcriptionis,ante litis conte.vt hic dicit tex.& dixi plenè de hoc de vſuc.l. Celſus.& per Doct.hic.

LEX XI.

a SVPER.[a] iſtud quod dicit gl.noſtra,verum eſt.Bona fides probatur eo ipſo,ꝙ non probatur contrarium,ſed poſſeſſio continuata.Doct.dicunt,hoc probatur ex ꝓſumptionib. nam ſi poſſederam iam ſunt xx.anni,& poſſideo hodie,præſumor medio tempore poſſediſſe, quia poſſeſſio ſolo animo retinetur. Dixi plenè in d.l.Celſus.de vſuca.& ibi per Doct.

a ADD.¶Pariſ. Super.An autem in præſcriptione incorporalium præſumatur bon.poſſ.vide practicam Pap.in forma libel.in act.confeſſ.

LEX XII.

a CVM IN LONGI.[a] præſentes dicuntur,qui ſunt de eadem prouincia: & debet inſpici vbi partes habent domicilium,non vbi res eſt ſita.item ad preſcriptionem,ſcientia eius,ꝯtra quem
b præſcribitur,[b] nõ requiritur.h.d. hæc lex,quæ eſt multum no-
c tabilis,& ſingularis.No.gl.[c] ſuper verbo,id eſt in vna ꝓuincia. in prouinciis verò, quæ adhuc reguntur hodie per præſidem, habet locum hæc lex.in locis verò, in quib.ciuitas habet ſua regimina,habet locum,quod dicit hic no.gl.quam vide,& ſigna. ibi,eodem obſeruando,quantum ad tempus, nõ quantum ad ſubſtantiam,vt s̃.de ſeru.l.2.

a ADD.¶Ale.Longi.Vide Ale.in l.cum filius.§.in hac,de ver.ob.

b Pariſ.Præſcribitur.Verum eſt quantum ad hoc, vt mero iure currat præſcriptio,ſed ignoranti datur reſtitutio in integ.ſuper quo vide omnino,quæ habes ad

bes ad bar.l.j.§.si quis autem propter inundationem, ff.de itine.actuque pri ua. vbi vide.item quando istud quod hic dr, quòd contra ignorantem currat præscriptio vide fel.c.vigilanti,extra,de pscr. & multa,quæ add.ad bar. l.1.§.si quis autem propter inundationem,de itin.act.pri.&adde circa illud quod dicit gl.in ista l.fi.quod ciuitates Lombardiæ habent ius ad instar prouinciç,vt tenet etiam Cy.&Sal.hic,adde bal.per gl.ibi in c.1.in ti.hic finitur lex Conradi.bal.c.1.§.ad hæc,de pace iura.fir.in auth.& omnino C. ne vxor pro mar.item inquantum ista l.fi.tangit de præscriptione vsusfructus,ponit late in l.3.§.ex contrario,de acq.poss. vbi vide Ar.qui dicit,quod requiritur ti. in præscriptione vsusfru. licet secus sit in aliis seruitutib.prædialib. item inquantum dicitur,quod x.an.inter præsentes,& 20.inter absentes adde qđ fundans se in præscriptione x.an.debet probare possessionem cum illa qualitate inter præsentes,aliàs succumbit.Vide Ale.omnino consi.92.vo.5.ad fi. & omnino in consi.118.contrarium tenet bal.& Ang.l.emptor.s.e.vide omnino in rep.in ver.præscr.

c Ale.No.gl.Et ad gl.quæ est hic,vide no.verba bar.l.infamem,in finalibus verbis,ff.de pub.iu.&bar.l.2.§.fi.circa fi.ff.de metrop.li.x.& Io.de Im.l.si hæres, §.vicis,de leg.1.quod ibi scripsi,& dū dicit hic,de præscriptione,quod currit contra ignorantem,fallit in præscr.anna.quæ non currit contra probabiliter ingnorantem, l.cum sex.de ædil.edic.& quia vbicunque lex notat culpam,annus non currit,nisi à die scientiæ,vt no.in nouella,in c.seruorum,de fer.or.dixit bal.l.1.§.si quis propter.de iti.actuque pri.adde no. in l.fi.ff.si qs test.lib.esse iussus fue.& plene bal.l.1.C. qui admit.Et hoc limita notabiliter per tex.& ibi bar.l.1.§.si quis ꝑpter.de iti.act.priu.adde an præscriptio currat ignoranti bal.consi.455.vol.4.consi.12.vol.3.

¶In quibus causis cessat longi temporis præscriptio. Rub.

LEX II.

a IN SERVORVM.[a] vide gl.super verbo,eum. Hanc gl.intellige, si legitur causaliter.tunc innuit, quòd in reb. mobilib.non potest habere locum præscriptio lōgi temp. quia habet locum vsucapio. si legitur temporaliter, cum pro quando, tunc dicit quod habet locum præscriptio, & tunc secundum istam regulam non negatur,quin res mobilis possit prescribi long.temp. tamen nō est necesse post vsucapionem,vt hic.vidistis s̄.de ser. fug.l.1.

a ADD.¶Seruorum.Circa l.huius ti.vide Are.l.si de eo.§.seruum,de acq.poss.

LEX III.

VNVS. Hanc legem intellige, quando possidebat totum fundum,tamen non habebat titulum, nisi immediatè.nam si titulum, & bonam fidem haberet in totum, & per consequens repelleretur communi diuidundo,non præscriptione, sed exceptione dominij.

LEX IIII.

a HAEREDITATEM.a quæ sit ratio,quare petitio hereditatis non datur contra ti.possidentem,dixi s̄.de pet.hær. l.hæreditatis.Gl.hic ponit illam rationem,

a ADD.¶Ale.Hæreditatem.Ad hanc legem adde Ang.l.fi.& vide gl.ff.de le.v. bi tenet , quod petitio hæreditatis quo ad rem mobilem tollatur triennio, quo ad rem immobilem tollatur longo tempore.

¶Quibus non obiicitur longi temporis præscriptio. Rub.

LEX I.

TEMPVS. iste totus titulus ponit quasdam personas,quæ iuuantur præscriptione x.vel xx.an.propter absentiam,vel aliam causam, vt sunt minores,milites, medici, qui stant in prælio ad curandas plagas,& similes,& hæc sufficiant modo.

¶Si aduersus creditorem præscriptio opponatur. Rub.

LEX I.

a DIVTVRNVM.a Contra hypothecam præscribitur longo temp.à quolibet possidente, excepto debitore cum eius hærede H.d.cum l.se. quærit gl. quæ est ratio, quòd vsucapio triennij non impedit hypothecam.l.iusto.§. non mutat. ff.de vsuca. de pignoribus.l.vsucapio.rationem dic,vt in gl.q̄ est notabilis.

a ADD.¶Paris.Diuturnum.Vide bal.consi.188.vol.3.seq.bar.l.cum notissimi, in fi.prin.j̄.de præsc.30.an.vbi videtur velle contrarium, vide ibi.item adde ꝑ extensione Comen.consi.54.inc.Leonardus,circa medium,vbi vult,quod ista præscriptio contra hypothecam habeat locum si statutū dicat,quod possit creditor petere rem sibi hypothecatam à quocunque possessore,perinde ac si alienata nō esset,& sine aliqua excusatione principali,& sic tale statutum ad hoc tribuit actionem personalem, vbi vide per eum vsque ad fin. & pondera.Crem.de quo j̄.contrarium,& vide sing.cau.ad faciendum, quod non currat ista decennalis præscriptio contra creditorem,quam ponit Cremen.sing.72.item quod hodie attenta dispositione iuris nouissimi,secundū quam non potest agi contra tertios possessores,nisi prius excusso principali,auth.hoc si debitor.de pig.vide Alex. consi.58.vol.1. circa istud vide Mod. Bono.in rep.l.si is qui pro emptore.

¶De quadriennij præscriptione. Rub.

LEX I.

NOTVM EST. in quibus rebus fisco denunciatur, habet locum præscriptio quatuor annorum.H.d.

LEX II.

a OMNES.a qui emit à fisco aliquam rem, tanquam fisci, non potest pro ea re conueniri,sed conueniendus est fiscus intra quadriennium,non postea.

a ADD.¶Paris. Omnes. Idem si quis emat à Vicario generali principis, Vide Com.consi.154.ad fi.inc.ad primum responsum,quod sic.

LEX III.

BENE A ZENONE. Quod s̄.proximè statutum est in iis,qui emerunt à fisco, habet etiam locum in iis, q̄ emunt,vel ab alio tit.receperunt ab Augusta,vel Principe,vel eorum procurato-

a rib. a h. d. Arguitur, quòd rescripta principis non valeant ante coronationem. Vide de hoc per Cy. & Spe.ti.de rescr.præsenta.§.ratione autem causæ. ver. item, quod obtentum. Sed hoc non est nostrum disputare,sed quòd Imperator velit dici.

a ADD. ¶Paris. Procuratoribus.Circa istam l.vide Fel.ponentem 5.limit.in c. ecclesiarum,extra de rescr.ias.in auth.quas actiones,C.de sacros.ecc. Barb. cons.27.vol.4.item an ista l.habeat locum in re ecclesię,vide Cano.in c.1.extra de reb.ecc.non alien.vide Ro.sing.640.inci.lex,bene à Zenone.vide Bar. in tract.diff.inter ius ciui.& can.Barb.d.cons.28.item an ista l.habeat locum in Vicariis Papæ, vide Rom.cons.310. faciunt quæ habes in Bertac. vers.locum tenens. seu in vers. Vicarius. item quod in dubio princeps præsumatur rem putare suam esse,vide Ro.cons.310.ad fi. item quod ista lex non habeat locum in reb.dot.tenet Bal.cons.322.& 359.vol.3.inci.quemadmodum imperator,ad quod vide nouissimos in l.1.not.2.ff.sol.mat.item adde pro restitutione quod requiritur,quod princeps aliquid tradat domino in compensationem rei suæ,vide Ang.cons.139.inci.visis omnibus statutis.vbi ita restringit istam l.alle.aliquas defensiones,vt per eum,quas tamen non videtur bene probare eius decisio. imo bene vide,& considera. vide etiam pro limita. Ro.cons.298.vbi dicit,quod non procedit in Principe,vel donante duobus. faciunt quæ habes per Mo.in l.quoties,s̄.de rei ven. vt voluit Bal.in ca.1.de pace constan,ver.detrimentum.& in c.1.§.ad hæc,de pa.iur.fir.item quod requiritur,quod princeps possideat tempore alienationis, secundum Cyn. in l.omnes.in add.huius tit.Bal.in l.2 C.de hære.vel actio.ven.in l.2.C.commu. rerum alien.& ibi etiam Ang.post Pet. nisi princeps alienaret etiam de plenitudine potestatis,secundum Bal.d.l.2.C.de com.rer.alien.circa med.adde quod ista dispositio huius l.procedit etiam in ciuitate obtinente vim Principis,secundum Rom.cons.310.in prin.& in fi.& sing.753. inci.anno præterito dedi tibi.in l.bene à zenone. item aduerte,quod ista dispositio non videtur procedere , quando princeps donasset alicui primo propter benemerita,secundum Pau.de Cast.cons.55.inci.casus est iste.Fed.de Sen.cons.7.quod tamen non videtur procedere,vbi esset clausula concessa ex certa scientia, & de plenitudine potestatis,etiam plena facti narratione, & hoc per notata per Alex.cons.451.inci.in causa quæ vertitur. item aduerte quod requiritur traditio ad hoc vt procedat ista dispositio secundum Bal.in cap.1.§.1.de noua for.fid.de quo tamen vide no.ad Bar.in l.Cæsar,ff.de public.item vide aliquid de materia per Bart.in c.2.de reb.ec.non alie.vbi ponit an habeat locum de iure can. in rebus donatis ecclesiæ, & an procedat de suprema potestate principis.item quando habeat locum in Duce Mediolani donante ecclesiæ,& an procedat in suprema potestate principis, vide Rom.sing.31.inc. bene à zenone.item in ista materia aduerte ad gl.in l.1.C.si aduer.fisc.quæ solet allegari, vt non procedat ista lex in rebus minorum, sed illa gl. hoc non dicit, licet in alio constituat differentiam inter res minorum, & maiorum, vide ibi Bal. & Mo. & melius Cy. item an procedat si donatur res ecclesiastica,vel econtra si donatur ecclesiæ,vide ias.in auth.quas actiones, C.de sacros.ec.item an procedat in reb.ecclesiæ,& quid in inferioribus ab imperatore,& quædam alia circa istam l.vide per Barb.cons.27. volu.4. item quod non procederet ista lex quando princeps ex aliqua iusta causa mouetur ad dandum,vel ad alienandum,secundum Cy.in addi.in hac l.&in l.omnes psiden.ad quod aduerte,quia in principe videtur semper præsumi iusta causa, &c.item quod procedat in Duce Mediolani,vide bal.cons.359. parte 3. post princi.videtur semper præsumi iusta causa,&c. item quod non procedat in principe sciente rem esse alienam,vide Ab.c.2.ad fin.extra de reb.ec.non al. & an in præiudicium dotis procedat hæc lex,tangit bal.d.cons.359.vide ias. l.1.not.3.ff.sol.mat. in d.cons.dicit etiam bal. quod habet locum in procuratore Cæsaris alienantis.

¶Ne rei dominicæ,vel templorum vendicatio temporis exceptione submoueatur. Rub.

LEX II.

§.ex ꝯpromisso.& patet ff.si qs ius di.nō obtē.l.j.in pr.de iu.l.2.
§.fi.& quod no.de arb.l.nō ex omnib.in pr.& probatur ff. de re
iu.l.ait p̄tor.in pr.& de ver.si.l. notionē.in pr. Numer⁹ āt dicta-
rū sent. dcm̄ effectū ꝓducentiū iudicis arbitrio relinqtur, cum
nō sit determinatū à l.vt l.j.in fi.ff.de iu.del.Et facit,qđ s̄.dixi in
illa q.quot actus sunt necessarij ad ꝯsuetudinē inducēdā. Aut
sunt tales sent.q̄ nō merētur executionē:puta,qa ꝯpromissum
fcm̄ est cū poena,vt s̄.de arb.l.j.& auth.decernimus,& in corpe
vñ sumiť.& ff.de arb.l.2.& tūc nō induciť ꝯsuetudo.rō est, qa
tales sen.nō ligāt eos,inter quos ferūtur exp̄ssè.Ergo nec alios
tacitè,ar.ff.loc.l.q ad certū.de bo.aut.iud.pos.l.cū vnus.§.1.de
ser.rust.p̄d.l.itē.§.q hēt,cū si.facit quod no.in d.l.ait p̄tor.in pr.
26 ff.de re iu.& s̄ de Iudæ.l.Iudæi.†Vigesimoscdo qro,an sent.la-
tæ inter nō subditos,pñt ꝯsuetudinē inducere.resp.bř,ꝯsuetu-
dinē,q̄ spectat ad ordōnē iudicij sic,qa illa,q̄ versanť in locū iu

dicij dñt attēdi, vt ff.de test.l.3 §.fi.illa vero,q̄ spectāt ad decisio
nē litis nō,qa illa ñ dñt expectari.fm locū iudicij,ſ3 q̄ versātur
in loco ꝯct⁹,vt ff.de eui.l.si fund⁹,& de vsur.l.j.no.s̄.l.ꝓx.in gl.
27 3.†Vigesimotertio qro,an p sñīas rescissas possit induci ꝯsue-
tudo.resp.Gul.d.l.ingenuū.ff.de stat. ho.vbi p̄ficit illā mām,q̄
aut sūt rescissæ p appellōnē.& tūc nō,qa figūť à prin. nō fuisse
latæ,vt l.j.in fi.ff.ad Tur.& de pæ.l.2.§.fi.aut sūt rescissæ p restō
nē,in int.& tūc aut restō ꝯcediť pp vitiū ꝓcessus:puta, qa dica
tur,male iudicatū,ar.ff.de re iu.l.diuus.& q̄ satis.cog.l.quoties
vitiose.& de re iu.l.4.§.ꝯdēnatū.aut restō ꝯcediť,nō pp vitiū ꝓ
cessus,sed pp fauorē personæ minoris,vel alteri⁹, & tūc sic.rō,
qa tūc licet nō remaneāt sent.quo ad eum, remanēt tñ quo ad
alios,arg.s̄.si vnus ex plu.app.l.j. & 2.licet.n. ille faciat rescindi
sñīā p̄dictā,remanet tamē ꝯsensus ppľi,ex quo cōsensu induciť
ꝯsuetudo,sicut patet in siñi,videlicet.q̄ rescissa totaliter sent.a-
pud quosdā,remanet tñ apud alios eius effectus quo ad cautio
nē de rato:vt ff.rē ra.ha.l.cū minor.in pr.& in rep.l. Stichū.§.q̄
28 vulgo.ff.de so.† Xxiiij qro,quaľr ꝯsuetudo inducta in iudicio
ꝓponatur.Dicit Pe.qđ qñq; per modū exceptionis.v.g. si con
suetudo sit, quod vēditor teneatur cauere emptori de vitiis,&
morbis,si hoc emptor petat à venditore,vēditor excipit de cō
suetudine,ar.de pac.l.pacisci.qñq; in vim actiōis realis, v.g.si ē
ꝯsuetudo de mō succedēdi,q̄ primogenit⁹ sit hr̄s,ipse ꝓponat
pet.hæ.q̄ est in rē authoritate talis ꝯsuetudinis,q̄ facit eū dñm,
& hr̄dē admitti ad ipsam vniuersitatē.itē rei vē.ad singulas res,
vt ff.de pe.hæ.l.sed & si.§.antep.& de rei vē.l.j.in pr.& l.si ager.
& de bo.po.l.j.2.& 3.de ac.pos.l.cū hr̄des,in pr.nō āt ꝓpōit cō
dōē ex ipsa ꝯsuetudine,sicut patet in siñi.nā l.Corn.facit quē hr̄
dē bonorū alicuius in captiuitate defuncti ex sua fictiōe,nō tñ
ꝓponitur ꝯdō ex illa l.sed p dictas actiōes reales, vt ff.de test.l.
lege Cor.ff.de vul.& pu.l.lex Cor.cū si.de cast.l.p̄re īstituto. qñ
que ꝓponiť per modū actiōis ꝑsonalis, puta ꝯdōe ex dicta cō-
suetudine.s.qñ ꝯsuetudo disponit de iurib.perso. v.g. vt qs cō-
pellatur vēdere rē suā.ff cōia p̄d.l.vēditor.§.si ꝯstat.Nā ꝓpone
tur ꝯ eū cōdō ex dicta cōsuetudine.ar.ff.de ꝯd.ex lege.l.j.qñq;
p̄t ꝓponi per offm̄ iudicis.v.g. si cōsuetudo permittit minores
vsq; ad 30.an.petere restōē in int. ꝓponit.n.ī minori ætate illā
ꝯsuetudinē p offm̄ iudicis.ar.ff.de min.l.qđ si minor.§.si. Gul.
de Cu.in p̄cedēti mēbro dānat Pe.in eo.& bñ, qa nō dēt ꝓpōi
ꝯdō ex ꝯsuetudine,q̄ est subsidiaria, vt ff.de ꝯd ex lege.l.j sed ꝓ
poni dēt actio ex ꝯctu,vt sic ex illo ꝯctu formā accipiēte ex cō
ꝯsuetudine agatur,ita quod ī libello fiat mētio de illa:sicut pa-
tet in siñi qñ iuratur formaľr ī iudicio,vt ff. de iurei.l.si duo pa-
trōi.§.Marcellus.& §.si qs iurauerit.quare in p̄dicto mēbro sic
dicit ipse,& verius,,q̄ aut ꝯsuetudo ista cadit in nomē, siue spe
ciē,aut formā alicuius ꝯctus,& tūc agēdū est actiōe ex ꝯctu re
cipiēte formā ab illa ꝯsuetudine,vt sp de illa mētio fiat.aut nō
cadit in formā alicuius ꝯctus,vt puta,si sit ꝯsuetudo, q̄ q intra-
uit vineā alicuius,soluat dño qnq;, & tūc ꝓponi dēt ꝯdō ex ip-
sa cōsuetudine,ar.l.si duo patroni.§ Marcellus.& §.si qs iuraue
29 rit.de ꝯd.ex l.l.j.& s̄.de reb.cred.l.actori. Xxv.qro,†an in libel-
lo opporteat ꝯsuetudinē allegare. Br̄.qcqd dñt Doc.Mod. ego
sic dico,q̄ aut ꝯsuetudo est notoria, & tūc nō oportet eā allega
re,sicut nec ꝓbare.ar.ff.de ac.emp.l.emptorē.in pr.& q̄ sat. co.
l.si vero.§.j.& ī.de acc.l.ea qdē.facit qđ no.s̄.de ap.l.ciues,& in
colæ.aut ꝯsuetudo,non est notoria, & tūc aut ē ꝯ l.& tunc dēt
all.rō est,qa intētio aduersarij fundata est de iure cōi, & iō nisi
opponeretur in libello,aduersarius nō posset esse instructus an
dēat cedere,vel ꝯtēdere,q̄ fieri dēt,vt l.j.in pr.ff.de edē. Cessan
te igr̄ rōe,ergo & ipsum dcm̄,ar.ff.de iu.pa.l.adigere. §.quis.de
re mili.l.miles.in pr.facit l.edita.cū sua materia.s̄.de eden. sp tñ
dēt ꝓbari,qñ nō est notoria, p eū q eā allegat,vt s̄.e.l.j. & rō ibi
30 no.Xxvj.†qro,quot testes ꝓbēt ꝯsuetudinē.resp. saltē duo.ff.
de testi.l.vbi numerus.& l.3.§ j.& q̄ ibi no.& cōcor.gl.l.de qb.
31 s̄.de lē.†Xxvij.qro, quaľr dēat ista ꝯsuetudo ꝓbari.& dicit Pe.
quod semiplenè,nō āt plenè,nā iudex recipiet testes in abñtia
aduersarij,& se ab ipsis informabit,& fm illā informationē iu-
dicabit:sicut qñ allegatur ius scriptū ad informatiōē sui, nō fit
alia ꝓbō sibi,sed ipse sol⁹ de hoc īspicit libellū suū. Dicit.n.qđ
q̄dā in iudicio principľr ꝓponūtur ad ꝯclōē ꝓbādā,& illa dēnt
plenè ꝓbari.q̄dā nō principľr,& eis sufficit ꝓbō semiplēa,sicut
patet in eo,q ꝓpōit ꝯfessoriā ꝓ seruitute reali. ꝓponit.n.princi
pľr seruitutē sibi dēri, secūdariò verò se dñm dñantis fundi,vt
ff.cōia p̄d.l.j.& istud primū dēt ꝓbari plenè, fm semiplenè.ff.si
ser.vē.l.sicuti.§.sed si q̄rať.& si vsusf.pet.l.vti frui.in pr.& qđ ibi
no.ff.de ꝓb.l.circa,& de exc.l.sed si ante. aliud exēplū ponit in
eo,q petit hr̄ditatē diuidi fa.erc.iudicio.nā principľr alle.cōio-
nē,& illā d3 ꝓbare plēè,secūdariò se dñm,& illud sufficit semi
plenè ꝓbare,puta p possessionis probōnē,vt ff.fa.erc.l.j.q̄ ꝓbō
nō sufficit,nisi dñiū in iudicio principľr ꝓponať,vt no.s̄.de ꝓb.

l.2.& l. ꝓprietatẽ.& l.cū res.sic & in ꝯsuetudine ṗdicta.Ego te-
neo ꝯtrũ.s.ꝙ dẽat plenè ꝓbari,& sic ꝓbat l.j.h⁹ ti.Dicit.n.quod
ꝯsuetudo dẽt ꝓbari cã cognita.intell'r ergo plene, vt s̃.de iu.l.
iudices.Nõ ob.j.rõ Pe.qa loq̃tur in iure scripto,hic in nõ scrip-
to.facit s̃.e.l.j.& quod ibi no.ıtẽ nõ obst.secũda,qa loq̃tur in se
cũdario ibi in principali.s.in ꝯsuetudine, super qua cõcludens
princip̃r fundatur,vt patet s̃.in l.j.in fi.non ob.l.circa.& l.sed si
32 ante,cũ si,vt ĩ eis patet.Xxviij.q̃ro,† qd deponẽt testes inducti
ad ꝯsuetudinẽ ꝓbãdam.Certè dicit Azo in Summa,& gl.d.l.de
qb.quod triplex est modus.Primus vc3,ꝙ perpetuo sit obten-
tũ sine ꝯdõe.secũdus est modus,qđ testes deponãt,qđ libelli q̃
rimoniarũ nõ fuerũ recepti.Terti⁹ mod⁹ est,quod testes depo-
nãt,ꝙ fuerit bis obtẽtũ in ꝯdictorio iudicio.Pone exẽplum de
primo,qñ vicinus alicuius facit põtẽ s̃.viã publicã, & alius vi-
cinus ꝓponit q̃relã de ipso,iudex nõ admisit libellũ q̃rimonie,
sed reiecit,& tũc colligit̃ tacit⁹ ꝯsensus populi, qa ista repulsio
tm̃ operatur, q̃tũ si expsse fuerit iudicatũ cõsuetudinẽ esse, ar.
ff.de ne.ge.l.si ãt.§.fi.& de ope.l.quod ĩ diẽ.§.j.itẽ qđ dicit Azo,
quod fuit obtẽtũ in ꝯdictorio iudicio,voluit dicere, ꝙ vnus al
legabat ꝯsuetudinẽ in iudicio,alius negabat iudicatũ fuisse ſm
ꝯsuetudinẽ.vt ff.e.l.cũ de ꝯsuetudine.isti vltimi modi reprobã-
tur per Ia.Balduí.& merito,qa ista sñia inter alios lata, ñr nõ ꝑ-
iudicat aliis.vt l.sæpe.ff.de re iu. & s̃.res inter alios acta.ꝑ totũ,
cũ si.itẽ ṗt eẽ,ꝙ in hoc actu ẽt bino, nõ fuit ꝯsensus ẽt decimæ
partis ppl̃i, nec diuturnitas tpis intercessit, q̃ oĩa in ꝯsuetudine
inducẽda req̃rũtur,vt sæpius s̃.dixi.Mar.de Fa.Mar.Si.& sequa
ces eorũ, voluerũt Azo.hoc mõ defendere, quod illa sent. per
q̃ iudex in ꝯdictorio iudicio ꝓnũciat eẽ ꝯsuetudinẽ, nõ indu-
cit eã,sed ꝓbat eã inductã,& declarat.simile ff.de rei vẽ. l. & ex
diuerso.§.j.& ff.si ser.vẽ.l.sicuti.§.sed si q̃ratur.& dñt,quod hæc
sen.facit ius inter oẽs,sicut in aliis publicis iudiciis,nisi ꝓbetur
de ꝑuaricatiõe priorũ,vt ff.de iu.l.eũ q.§.in popularib.& de præ
uaricato.l.3.& de acc.l.si cui.§.iisdẽ.cum si.itẽ qñ libelli q̃rimo
niarũ sunt repulsi,ꝑ hoc nõ inducit̃ ꝯsuetudo,sed ꝓbatur indu
cta,& adeo notoria.ꝙ libelli q̃rimoniarũ sũt reiecti.& hoc mõ
defendũt Azo.& gl.sed ṗdicta defensio nõ v̄r bona, qa posito,
quod dicta sñia sit declaratoria , & dcã reiectio q̃rimoniarũ sit
actus ꝯsuetudinis,tñ aliis nõ dẽt ꝑiudicare,vt dixi, ar. ff.de iur.
l.nã postea.§.fi.& l.sed & si possessori.§.fi.& l.seq. & plenè scri-
psi s̃.qb.res iud.nõ noc.l.2. ṗterea,ille modus nõ est modus ꝓ-
bãdi notoriũ ꝯsuetudinis, qa nõ ꝓbat notorium actus perma-
nẽtis,nec actus interpellati,circa ipsam ꝯsuetudinẽ intrinsecus.
fa.qđ dixi ĩ de acc.l.ea qdẽ.quare Gul.de Cu.sic dicit in d.l.de
qb.&bene,quod aut d.sñia fuit lata cũ ꝯdictore lĩtimo,puta cũ
Syndico vniuersitatis,& tunc inducit cõsuetudinẽ,seu inductã
ꝓbat inter oẽs,& sic ṗt saluari opi.Azo.& gl.vt d.l.cũ de cõsue
tudine. aut non fuit lata cũ ꝯdictore legitimo, & tunc sec⁹.ita
loq̃r opi.Ia.Pe.& sequaciũ,ar.ff.de col.dete.l. cũ nõ iusto. & si
qs ingenu.esse di.l.1.& facit,quod plenè dixi in d.l.2.qb.res iu.
nõ noc.& đ lib.agno.l.j.§.fi.Br̃ ego dico ꝙ testes deponũt tria,
& dñt.s.vsũ ppl̃i,& frequẽtiã vsus, & tpis diuturnitatẽ, & ꝓba-
tũ est s̃.plenè.v.g.Reducamus ad practicã,volo ꝓbare qđ hæc
est cõsuetudo,sec.opi.Mar.no.s̃.so.ma.l.dos à pr̃e, & multis a-
liis gl.qđ si vxor decedat in mr̃imonio,existẽtib.liberis,qđ ma
rit⁹ lucret̃ dotẽ,& ad eã ꝓbãdã ꝓduco testes. iudex interrogat
testes, nũqd viderũt vnq̃ vti,qđ marit⁹ fuerit lucrat⁹ dotẽ ṗdi-
ctã.Dñt,qđ sic.iterũ q̃ret iudex,qd vidistis de hoc?ipsi dñt, vidi
mus semel iudicatũ ꝓ marito pñtib.tot inter duos.itẽ vidimus
alia vice sic iudicatũ eẽ inter duos tot pñtib. itẽ alia vice tot pñ
tib.q faciũt maiorẽ partẽ ppl̃i,&tũc iudex vltra ꝓcedet,&q̃ret,
quot anni sunt,qđ vidistis ṗdicta?ipsi resp.x.an. ecce hẽm⁹ cõ-
suetudinẽ ꝓbatã.vt patet ex ṗmissis,& iõ iudex ꝓnũciabit cõ
suetudinẽ esse,qđ vxore ĩ mr̃imonio defuncta existẽtib.liberis,
marit⁹ dẽat lucrari dotẽ.Verũtñ dñt qdã Doc.qđ si testes depo
nũt,qđ sic viderũt iudicari,& ĩterrogati,quot pñtib.& qb.dñt
se nescire,ꝙ iudex dẽt æstimare,quot pñt fuisse præsẽtes dictis
sñiis,ꝯsiderãdo quot in iudicio,& tpe sñiæ ꝯsueuerũt eẽ pñtes
cõiter,& frequẽter,& si inueniat eos eẽ maiorẽ partẽ ppl̃i, hẽ-
bit cõsuetudinẽ eẽ ꝓbatã.ar.s̃.l.j.q̃ dicit,qđ frequẽtia inspicit̃.i.
frequẽter solet accider̃,qđ tot hoĩes reperiũtur in loco,in quo
illud est actũ.itẽ cũ hoc liqdè ꝓbari nõ ṗt,stãdũ est ꝯiecturis,
vt l.nõ oẽs.§.à barbaris.ff.de re mil.qđ nõ puto verũ, qm̃ vt s̃.
dixi,ꝯsuetudo ṗt allegari per viã exceptiõis.& tũc excipiẽs, cã
clarè,& plenè dẽt,ꝓbare.vt s̃.dixi,& ff.de ꝓb.l.in exceptionib.
& de exc.l.j.itẽ per modũ officij iudicis, & tũc ẽt illã ꝓponens,
plenè dẽt illã ꝓbare,vt ff.de iur.l.nã postea.§.minor.cũ si.aut ꝑ
modũ actiõis realis,& tũc idẽ, vt l.fi.s̃.de rei vẽ.aut ꝑ modũ a-
33 ctiõis personalis,& tũc idẽ,vt l.q accusare.s̃.de eden.cũ si.† Et
sic iudex nõ dẽt supplere.defectũ ꝓbõis in vim agẽdi,vt not.s̃.
vt q̃ desunt aduo.par.iu.supple.l.j.& ff.de of.pſi.l.illicitas. §.ve-

ritas,nec in vim excipiẽdi,vt no.l.fi.ff.de pe.hæ.Nec ob.§.à Bar
baris,qa ibi erat difficilior ꝓbõ q̃ hic, quare sufficit ṗsumptio,
& ꝯiectura ibi.hic nõ.qđ patet,qa lex req̃rit ꝓbõẽ.vt s̃.l.j &ad
verã ꝓbõẽ,nõ ãt ad ꝯiecturã,& ṗsumptiõẽ dẽt referri, vt ff.de
cõd.& de.l.Luci⁹.s̃.de ꝓb.in rub.vbi ꝓbõ & ṗsũptio.ponũtur
tãq̃ spẽs differentes,& distinctæ,ar.ff.pro emp.l.2.§.separata.&
qđ no.ff.de le.j.l.2.quod puto verũ, qñ testes dicũt se ignorare
nũerũ pñtiũ.sed si de illo deponũt,& dñt se illos nõ cognouis-
se,si qdẽ erat probõ facilis pp modicũ nũerũ ppl̃i,tũc idẽ, t õib.
iã dictis.Si verò difficilis,teneo cũ Pe.per d.§.à Barbaris.pp fra-
gilitatẽ memoriæ,vt s̃.de vete.iure enuclean.l.2.in pr ff. de ac.
po.l.peregre.in pr.& qa propria noĩa hoĩum probabiliter igno
34 rãtur,vt l.si qs in fundi vocabulo,in pr.ff.de le.j.†Xxix.q̃ro,qd
si quandoq; fuit iudicatũ pro consuetudine, quãdoq; ꝯ, an ex
sñiis priorib.cõsuetudo erit inducta.qđ gl.tãgit in d.l.cũ de cõ
suetudine.ff.e.& certè Gul.d.l.de qb.ff.e.sic resp. ꝙ aut ppl's cũ
sciuit esse iudicatũ ꝯ consuetudinẽ,tacuit,& nõ ꝯdixit, seu ma
gistratus ipsum ppl'm regẽs,& tũc cõsuetudo sit interrupta, ẽt
per vnã sent.ꝯriam, ar.ff.de vsuc.l.naturaliter,& in aut.qb.mo.
na.ef.sui.§.si qs ergo.col.7.debebat.n.magistratus populi,cum
hoc sciebat,illi sententiæ,q̃ erat ꝯria ꝯsuetudini,ꝯdicere, & iõ si
tacuit,eius taciturnitas ṗiudicat populo,sicut si ipse populus ta
cuisset,vt ff.ad mu.l.municipes.de re.iur.l.aliud.§.refertur.& de
cõd.&de.l.municipib.&l.an in totũ.s̃.de ædi.pri.vbi est hoc ex-
pressum.vñ dicti magistrat⁹ sciẽtes,&tacẽtes,nõ ꝯdicẽtes,dẽnt
puniri per superiorẽ.ar.ff.de ad.re.ad ci.per.l.3.&seq.aut cũ sci-
uerint,ꝯdixerũt illi sententiæ,dicẽtes iniquè ꝓnũciatũ,& similia
verba,tunc per illã sen.nõ erit ꝯsuetudo interrupta,cũ apparet
ꝯtinuatio primæ volun.alioqn pp nouum & vlt.ꝯsensum cẽse
retur interrupta,ar.ff.de le.3.l.fideicõmissa.§.si rẽ.ar.d.l.spurij.§.
pater.ff.de dec Nã ꝯsensus in secundã sent. aufert perseuerãtiã
ꝯtinuati ꝯsensus in primã.ar.ff.de ne.ge.l.nesennius.de reli.l.at
si quis.§.plerũq;.&de ac.he.l.ꝓ hær.de le.j.l.si mihi & tibi.§.in le
gatis.de le.3.l.si qs in prin.testĩ.Et cũ ista determinatiõe dẽt in-
35 telligi gl.d.l.cũ de ꝯsuetudine.Xxx.q̃ro iuxta hoc,†qd erit si ad
ꝓbãdum ꝯsuetudinẽ ꝓducãtur 4.testes,quorũ duo deponunt
qđ semel viderunt sic actũ tot tpib. alio duo deponunt alia die
sic actum pñtib.aliis,an erit ꝯsuetudo ꝓbata?qdã magni do.tñt
ꝙ sic,& inducunt gl.Io.positã ff.de test.l.ob carmen. §.si testes.
inducunt ẽt ꝑ se l.arbiter.ff.de ꝓb.de aq.plu.ar.l.2.§.idẽ Labeo
ait.alij tñt ꝯ,qđ isti testes sunt singulares, qa ñ ꝯcordãt in eodẽ
fcõ,qđ req̃ritur ad esse ꝯsuetudinis,l3 cõcordẽt in aliquo actu
particulari.ergo eã ñ ꝓbãt.fa.qđ no.s̃.q num.tu.l.j.ad hoc ext.
de testi.c.tã lĩis.qđ ego teneo.rõ,put s̃.dixi in ꝯsuetudine ꝓbã
da req̃ritur,nõ solũ vsus & actus populi,sed eorũ frequẽtia.isti
ergo testes licet ꝓbẽt vsum,& actũ populi,& in eo ꝯcordẽt,nõ
tñ ꝓbãt ei⁹ frequẽtiã:qđ patet,qa deponũt de pluralitate diuer
sorũ actuũ,nõ ãt de frequẽtia eiusdẽ.Et ꝑ hoc patet rñsio ad gl.
Io.& ad ll.in ꝯrium adductas,qñ ipsi testes ꝯcordãt in actu, de
quo principaliter agitur,& de eius essentia tractatur,s.de depo-
sitiõe de memoria tpis,& iõ si duo cõcordãt circa actũ vnũ,ille
act⁹ ẽ bñ ꝓbat⁹,hic ñ deponũt de frequẽtia eiusdẽ,qđ in cõsue
tudine req̃ritur,vt s̃.ꝓbaui,sed de pluralitate diuersorũ actuũ,
put patet,ergo ꝯsuetudinẽ nõ ꝓbãt,cũ deficiãt in ꝓbõe vnius
eorũ,q̃ req̃rũtur in ipã inducẽda,q̃ sunt tria,vt s̃.ostẽdi.ergo de
ficit ꝓbõ in toto.vt ff.de trãsa.l.cũ hi.§.si ptor.de iti.ac.pri.l.3.§.
hoc ãt.cũ si.& hoc mõ ponẽdo casum d.gl.Io. in d.l.ob carmẽ.
ṗt saluari,vc3,qđ sunt 4.testes,& duo ꝓbãt & deponũt,ꝙ vide
rũt me possidere vno mẽse,& alij duo alio mẽse.verũ qa Ioan.
afr põit exẽplũ.ibi,s.qñ testes erãt singulares,s.qđ vn⁹ deposuit
se vidisse vno mẽse,alius alio mẽse,&sic de singulis,idcirco illã
gl.dãnaui,qđ dic,vt ibi scripsi.ar.s̃.de testi.l.iurisiurãdi.§.simili
mõ.& qđ no.in d.l.j.q nu.tu.Eod.mõ pone casum in d.l.si arbi
ter.& §.idem Labeo.vc3,quod fuerunt 4.testes, & singuli duo
deponunt de eo.actu,& in eo cõcordãt,tunc.n.singuli duo suũ
actum ꝓbabunt,vt l.vbi numerus.ff.de testi.secus si separatim,
vc3 vnus,de vno actu,alius de alio,tunc.n.deficeret ꝓbõ,vt ṗdi
xi.ad qđ fa.qđ no.Spe.de test.§.j.ver.sed pone agi.& in ti.de in-
quis.§.j.ver.qd si vnus testis.& §.videndum.ver.de pœna.& ver.
seq.& in ti.de teste.§.iã de interrogatoriis.ver.sed nũqd.in ti.de
no.cri.§.fama.ver.qd si testes.Fa.quod dixi s̃.de eman.lib.l.j.su-
per probõe vera.concordat Marti.Sil.in d.l.de quib.Xxxj q̃ro,
36 † quid si iudex iudicauit bis ꝯ legem præsente maiori parte po
puli,reperitur tamen quod aliquis contraxit,an consuetudo e-
rit inducta?Iac.de Are.& Pet.tenent ꝙ sic,quia contradictio v-
nius maiori parti populi non ob.vt l.quod maior. ff.ad mun.&
de re.iur.l.aliud.§.refertur.Et fa.quod dixi in q.illa,videlicet.an
sine contradictione consuetudo possit induci.Nec ob.ff.de ser.
rust.l.per fundum.& com.præ.l.receptum. qa ibi cõsentiunt vt
singuli iure priuato,hic vt vniuersi iure publico.facit quod no.

Dy.in c.quod omnes tangit.ext.de re.iu.lib.6.& quod s.dixi in q.illa,videlicet quantum tempus requiratur ad consuetudinem inducendam.Sed Gul.de Cu.in l.ingenuum.de stat.ho.sic distinxit,quia aut consuetudo inducitur preter l.vt in vsib.feud.& in illis contradictio nihil operatur. Aut contra l.& tunc sic. ar.in aut.de defen.ciu.§.fi.ibi,nullo reluctante,&c.arg.pro hoc,quia consuetudo secunda est debilior quam prima,vt s.ad Vell.l.antique.& quod ibi no.in aut.de non alie.§.quia vero verisimile. & ff.de testa.mil.l.eius militis,§.militia.Sed præcedens opi.mihi placet per ll.prædictas.Non obst.§.si de defen.ciui.quia illud speciale odio criminis ambitus,vt ff.ad l.Iul.de ambit.l.1.& quod ibi no.Item non ob.secunda ratio,quia hic quælibet consuetudo censetur vniformis propter identitatem rationis, quæ est in d.l.quod maior.& l.aliud.§.1.quæ rationis,identitas hic cessat. Trigesimosecundò quæro,†an consuetudo liget infantes,& furiosos? Certe gl.tenet hic, quod sic,quia l.scripta eos ligat,vt l.diuus.ff.de offi. præsi.& ad l.Pompeiam.de parric.l.pe.§.fi.ergo & consuetudo non scripta,pp paritatem causæ, potentiæ,& effectus, vt d.l.de qb.Non ob.l.qui ad certum.ff.loc.vt hic no.videlicet,qa ibi loquitur in contractib.priuatorum, ex eorum consensu solummodo inducendis.hic in consuetudine publica,consensu maioris partis populi, ad hoc habilis inducta. Facit quod s.dixi in qõ.illa.s.quorum consensus requiritur in consuetudine inducenda.Licet ergo isti cõsentire nõ possint,tamen propter habilium consensum ligantur, quorum consensus.s.habilium hic requiritur,non autem inhabilium,ar.ff.de mu.&ho.l.ad rem publicam,&l.vt gradatim,§.& si lege.& quod no.ff.de ope.no.nun.l.1.§.nunciatio. Gul.verò in d.l.ingenuum.sic distinguit in minorib.Aut est talis actus,in quo minores admittuntur,vt maiores,vt in matrimonio, & in donatione propter nuptias,vt Inst.de nup.in pr.& no.s.de min. l.ait prætor.§.1.& tunc sic.v.g.dicat consuetudo,quod vxor defuncta in matrimonio sine liberis,maritus lucretur dotem,talis consuetudo ligabit etiam minores,quia vniuersitas maiorum,quę inducit eam, solum debet attendi,vt ff.quod cuiusque vni.no. l.sicut.§.1.de in ius voc.l.sed si hac,§.qui manumittitur.&de re. diui.l.in tantum.§.vniuersitatis.& ar.ff.de leg.3.l.seruis legatis. §.quib.& quia facit ad hoc lex scripta.l.Aemilius.ff.de mi.& ff. ex quib.causis in pos.ea.l.apud Iulianum.in pr.ergo & eos hoc casu liget consuetudo non scripta,propter paritatem causæ,potentiæ,& effectus,vt d.l.de quibus. Facit quod s.proximè dixi. Aut est talis actus,in quo minores nõ admittuntur vt maiores. Verbi gratia,est consuetudo,quod nullus potest petere venditiones rerum rescindi occasione minoris pretij dimidia iusti pretij, & certe minor tali consuetudine non ligatur propter restitutionem,vt ff.de mi.l.1.& ar.ad hoc ff.de mu.& ho.l.vt l.gradatim. §.& si l.Sed multum ob.sibi.ff.de admi.tu.l.si sine herede.§.Lucius.sed respon. quod ibi fuit inducta cõsuetudo specialiter, & expressim in personis minorum,hic non.Vel ibi non contraxerat minor,sed maior,cui ipse successit.ar.d.l.Aemilius.&l.apud Iul.in pr.Mar.Sil.in l.de quib.in pr.tenet præcedentem opi. Pe.& gl. Trigesimotertiò quæro,†an cõsuetudo liget clericos? Pe. quod non,quia clerici,& laici sunt diuersi populi, quod patet quia habent diuersos iudices. ar.ff.de off.as.l.eadẽ.vnde clerici non habent commune cum actib.plebeiorum,s.de epi.& cle. l.placet.& de testa.l.consulta.Item, quia clerici sunt maiores,quàm laici,vt s.de sum.Tri.l.3.ergo non ligantur eorum consuetudine,& statutis,nisi consenserint.ar.ff.de ori.iur.l.2.§.deinde cum esset.& Institu.de iure nat.§.plebiscitum. Contrarium no.ff.de post.l.ex ea.Sed Inn.tenet primum extra,de constit.c.quæ in ecclesiarum.& c.ecclesia sanctæ Mariæ.& per Gul.in d.l.ex ea.Et contra istos est communis opi.quod si clericus agit contra laicum in foro temporali,quod seruetur consuetudo,& statutum populi,quod est ad litem ordinandam,alias nõ. Et sic intelligitur secundum quosdam ext.de foro comp. c.quod clericis.de iurei.c.1.& 2. quæ no.Ho.in Sum.de consuetudine.Facit quod dixi s.de epis. aud.l.episcopale per Gul. Trigesimoquartò quæro, †quid si alia consuetudo est in foro actoris, alia in foro iudicij, alia in foro rei,quę debeat seruari?Resp.distingue, vt no.Odof.s.l.prox.videlicet quod aut spectat ad litis ordinationẽ,& seruatur illa, quæ est in foro iudicij.Aut ad litis decisionem,& tunc illa,quę est in foro contractus,vel in loco cõtractus, vt l.j.in pr.ff.de vsur.de euict. l.si fundus.Nec ob.s.de eman.li.l.1.quia ibi in actu iudiciali, & contractus idem est,hic in diuersis,vt ibi dixi.Trigesimoquintò quæro,† quid si populus vtitur contra consuetudinem, an erit interrupta.Certe gl.mag.hic distinguit in fi.Tu dicas latius secundum Mar.Sil.& alios Mod.in l.de quib.videlicet, quod si populus post consuetudinem præscripta per errorem vtitur contra illam,non interrumpit illam, quia non habet animum eam tollendi,ar.ff.e.l.quod non ratione,& idem de iurisd.om.iu.l.si per errorem.& s.de iur.& fac.ig.l.non idcirco.Si verò ex certa scientia venit contra l.non simpliciter,sed legem condendo cõtrariam, tollit eam,vt ff.de sep.vio.l.3.§.diuus.Si vero simpliciter ex certa scientia vtitur contra eam, non legem condendo, siquidem ille vsus est sufficiens ad nouam consuetudinem contrariam inducendam,quod qualiter contingit ex præmissis apparet,tunc tollit eam.ar.ff.de re.iur.l.nihil tam naturale. & de solutioni.l.prout quisque.& Instit.de iur.nat.gen.& ciui.§.pe.Si vero ille non sit vsus sufficiens ad contrariam consuetudinem inducendam,nõ tollit eam legitimè præscriptam,ar.ff.de pa.l.si vnus,§.pactus.ver.sed si pactum. Secus in principe,vt in aut.vt omnes obe.iu.prou.§. arripiat. col.6.sed non præscriptam, sic. nam talis vsus contra ius populi bene interrumperet,vt hic no.& de re.iu.l.nemo.§.temporalis.Trigesimosextò quæro,†an statim,vel consuetudo ciuitatis vendicet sibi locum in castris sibi subiectis? certe gl.in d.l.ex ea, ff.de postul.tenet quod sic.Et videtur casus instit.de satis.§.fi.Gul.autem in d.l.ingenuum.sic distinguit, quod aut illud castrum in illo casu habebat consuetudinem, seu legem specialem, quod pro vt dixi s.in qõe, an pars populi ciuitatis possit sibi consuetudinem facere:tũc nõ, qa debet consuetudo sua seruari,vt s.dixi.Aut tempore consuetudinis ciuitatis illud castrũ de illo casu nõ hẽbant legem,sed consuetudinem specialem,& aut illud castrũ erat de districtu, & iurisdictione illius ciuitatis,& tunc sic,ar.s.de epi.& cle.l.nulli.§.quod si in vico.& de naturalib.lib.l.si qs.& ff.ad muni.l.quod ex vico. aut illud castrum non est de districtu,& iurisdictione illius ciuitatis,& tunc nõ,cum habet suos fines,ad quos suæ ciuitatis consuetudo extendere nequit.ar.ff.de acq.re.do.l.in agris.ad hoc s.de of.præfe.pretorio Africæ.l.in nomine dñi.in pr.& j.de fun.limi.l.quicunque, lib.11.& facit ff.de le.3.l.prædiis.§.pe.in fi.de fun.instr.l.Seiæ.§. Tyrãnæ.& l.prædia.in fi.ar.ff.de dam.inf.l.si finita.§.ex hoc edicto.hoc in castris ciuitati subiectis tempore dictæ consuetudinis. Trigesimoseptimo quæro, † quid in castris postea sibi vnitis.tenet Gul.quod si dicta vnio, vel trãslatio sit facta per principem,tũc sic: quia facta perfecte videtur. & ideo secundum ciuitatis consuetudinem debet regulari,ar.de exc.tu.l.idem Vlpianus,§.fi. & de re iu.l.quidam consulebant.& s.de nup.l.imperialis.Nam quod iuris est in principali,idem iuris debet esse in eius adiuncto. ff.de pac.dot.l.inter.§. cum inter.& s.de don.an.nup. l.si cir.medium.l.ad hoc etiam. ff.de hæ.inst.l.liber hõ.§.Titius.& ad tre.l.Papinianus.ad quod facit optime in aut.vt iud.sine quoquo suffra.§.illud.& ff.de iu.l.insulæ Italiæ,& de excu.tu.l.non tantum.§.Illyriensib.& facit quod not.C.de Metrop.l.j. libr.11. Aut per alium præterquàm per principem est facta vnio, & tunc refert:quia aut castrum transiuit in districtum,& iurisdictionem ciuitatis,& tunc idem. aut non,& tunc nõ,per ea,quæ dixi s.in prox.q.& s.dixi de iu.d.l.etiã. & tractaui in d.l.si finita.§.ex hoc edicto.Trigesimooctauò quæro de qõe ardua,†quid si emergit casus non decisus l.scripta,nec consuetudine,& est similis legi scriptæ pro vna parte,& similis consuetudini pro alia contraria: quæro quid iuris, v.g.quæro, an emphyteuta habeat,vel habere debeat incrementũ alluuionis? à simili facit lex quod sic, quia fructuarius debet habere, ff.de vsufr.l.item si fundi.§.1.Simile consuetudini facit,quod non, quia vasallus non debet habere, vt 10.coll.in tit.de controuersia inuestituræ.§.si quis de manso. dicit Mart.Sil.quod simile consuetudini debet spectari,quia magis est simile,cum vtile habet dominium sicut vasallus. fructuarius autem non habet dominium directum,nec vtile. Gul.contrarium dicit,quod similis lex debet spectari, quia simile cõsuetudinis procedit per locum à simili:lex procedit per locum à maiori,quod est fortius, vt no.in l.1.de neg. gest.Trigesimonono quæro,†quid si vtrũque simile procedit pariter per omnia.V.g.quæritur,an emphyteuta debeat habere ita incrementum alluuionis?simile legis facit quod sic,quia superficiarius debet habere.Simile cõsuetudinis facit quod non,qa vasallus non debet habere.Resp.simile l.debet spectari. Ratio, quia ista consuetudo est contra legem,& ideo ad causam similem extenditur.ar.ff.e.l.quod non rõe.& quod s.dixi.† Vltimò, quicquid Doct.in hac materia scribunt, distinguendo sic concludo,quod aut consuetudo est cõtra legem,aut præter legem:in secundo casu constat eam debere seruari, per l.1.s,e.& de ædi.priua. l.an in totum,& in d.l.de quibus.in 1.resp.Primo casu aut consuetudo est contra ius naturale,& non debet seruari, vt Inst.de iu.nat.§.sed naturalia.& de legi.agn.tute.§.fi. & ff.de capi.dimi. l.eas. Aut contra legem diuinam, & idem.facit quod not. ff.de consti.prin.l.1.in prin.& s.si contra ius, vel vti.pu.b.l.si.de vsuris.auth.ad hæc.Aut contra ius gentium,& idem,vt d.§.sed naturalia,cum si.nisi ex causa,vt ff.communi.præd.l.venditor.§.si constat.Aut est contra ius ciuile,& tunc aut est expresse reprobata per legem, & non valet, vt s.de vsu.l.eos.§.penult.& de sacrosanct.eccles.authent.cassa.de furt. authent.nauigia.commun.de success.authent.omnes peregrini.& ff.ad le.Rhod. de iactu.l.deprecatio.secundum vnam lect. & in authenti,vt nulli iu.§

iu.§.nulli vero. Aut non,& tunc aut est inducta per consensum erroneum contra legem,& tunc non valet,vt s.dixi in illa q.an per consensum erroneum consuetudo posset induci.aut ex certa scientia,& tunc aut præcedit legem,& tunc quidam distinguunt,quod aut apparet ex tenore dictæ legis eius latorem sensisse, vel sciuisse consuetudinem localem,& tollit ipsam, vt ff. de sep.viol.l.3.§.diuus.Aut non,& tunc non,sed illa l.succumbit,vt ext.de consti.c.j.li.6.& s.de testa.l.fi.Ego autem sic dico, vt s.dixi in op.2.q aut dicta ɔsuetudo est ɔ legem,& l.sequens ɔria illi consuetudini tollit eam,vt d.§.diuus.aut pter legem,& tunc non,sed l.succumbit illi,vt d.c.j.ext.de const.& l.fi.s.de testa.& in aut.de non alie.§ quia vero verisimile,cum si.Aut consuetudo est generalis,& vincit legem generaliter,vt d.l.de qb. Aut est specialis,& localis,& vincit eam specialiter in eo loco, vt hic,in pr.secundum vnam lect. & ff.communia pre.l.venditor.§.si constat.& de admin.tut.l.si sine hærede.§ Lucius.& de polli.l.Imperatores. in fin. non generaliter in omni loco,vt in fi.huius l.secundum vnam lect.& veram, vt s.dixi in sol.primi,& secundi contrarij,& sic est finis istius repetitionis.

¶De donationibus. Rub.

LEX I.

a EMPTIONVM.a Qui donat instrumenta emptionũ, videtur donare res emptas.h.d.Tene menti hanc legem,& similes notatas in gloss.q qui tradit instrumentum, videtur tradere illud, quod continetur in eo.

a ADD.¶Alex.Istam l.declara,& intellige,vt hẽs p me,in l.4.in pr.de ac.poss. vide Bal.l.fi.quando fis.vel priu.& ad hãc l.vide Bal.l.ab emptione,ff.de pac.

LEX II.

SI NOMINIS. Cum actio ceditur, debitoris consensus non requiritur.

LEX III.

SPEM. Spes potest cedi.

LEX IIII.

SI FVNCTIONES. Gloss. legit hanc legem duobus modis. a primo modo,solutio tributorum a non probat aliquem esse dominum.h.d.

a ADD. ¶Alex.Tributorum.Solutio tributorum non probat dominium,vide tamen Bald.in auth.si quis,de nat.lib.& l.si pater.& ibi no.s.de act.emp.

LEX V.

SI DONATIO. Verbum, dono, in vltimis voluntatibus fideicommissum inducit,etiam parte absente.

LEX VI.

NEC AMBIGI. Donatio,quæ incipit à traditione, potest per fici inter absentes.h.d.

LEX VII.

CENSVALIS. Hæc est bona l.& menti tenenda. Idem etiam a sequens dicit.Assignatio in censum a non præiudicat domino non consentienti;sed si consenserit, vel ipse pro aliis assignauerit,videtur donare,nisi probetur contrarium.h.d.cum l.seq.

a ADD.¶Alex.Censum.Ista donatio non requirit insinuationem.secundũ Bal. in l.illud,de sacros.ecc.& adde l.cum quis,secundum Bar.ibi,de acq.re.do.

LEX IX.

LEGEM QVAM. Vt pactum donationis impleatur,ex stipulatione,vel præscriptis verbis agitur.Item nemo videtur donare,de quo non cogitauit.

LEX X.

NEC IGNORANS. Donatio collata in filium in potestate non valet,secus in emancipatum.

LEX XI.

CVM DE BONIS. Donõ facta in filium emancipatũ,valet.

LEX XII.

PORTIONEM. Pars pro indiuiso potest donari.h.d.

LEX XIII.

SI ALIQVID. Breuitas epistolæ non vitiat donationes. h.d. hæc lex.

LEX XIIII.

SI FILIVS. Nemo dat,quod non habet.h.d.

LEX XV.

AERIS ALIENI. æs alienum non sequitur fundum, sed successorem vniuersalem.h.d.

LEX XVII.

SIVE. Filio emancipato potest donari,& facta donatio filio in potestate per emancipationem cum pacifica possessione postea confirmatur.

LEX XVIII.

SI DONATIONIS. actio furti iam facti ciuilis,pt remitti.h.d.

LEX XIX.

SI AVIA. Mulier potest donare extraneis, etiam res ab eius parentibus habitas.h.d.

LEX XX.

VICE. Alius potest pro donante subscribere,h.d.

LEX XXI.

CONSTANTE. Mulier non potest donare dotem constante matrimonio. secundò dicit gl.q specie actionis de dote potest donare. Vide gl.& signa eam bene.

LEX XXII.

CVM RES. Vt pactum donationis impleatur,agitur præscriptis verbis.

LEX XXIII.

SI EA, QVAE. Res à me donata, potest mihi donari.h.d.

LEX XXIIII.

SI PATRI. Donatio facta ab eo cui non successi, nihil mihi præiudicat.

LEX XXV.

DONATIO. Hæc l.tota loqtur qñ actum est, vt donatio fiat in scriptis.fm gl.omnis donatio requirit insinuationem,fm qd leges pcipiunt,s.si quantitatem taxatam excedat.item,q donationes in scriptis debent fieri forma hac l.concessa.Vide gl.quę est hic,super verbo,cognominata.No.ex hac l.q donatio causa mortis debet insinuari.a Secundò no.q donatio licet non sit facta simpľr,tñ debet insinuari,si excedat q̃titatem. Qđ not.ga vr̃ hoc ɔ gl.q̃ est in l.Aquilius.ff.e. Vos videtis in plurib.ll.hui9 tit.& in iure fit in plurib.locis mentio insinuationis.Quid.n.est b donationis insinuatio?b Certè quod fiat in actis coram iudice, vt hic videbitis,& in l.sancimus.j̃.eo.& Azo in sum.huius tit.

a ADD.¶Ale.Donatio cã mortis si insinuatur,sed est eɔ in l.fi.j̃.de do.cã mor. & gl.in l.1.j̃.eo.& Bar.in d.l.fi.j̃.eo.& quod not.Bal.in auth.ex testõ,de col.

b Alex.Insinuatio.Quid est insinuatio,adde Bal.in auth.si omnes,si se ab hæredi.abst.Bar.in l.Modestinus.ff.eo.& Bal.in l.illud,de sacros.ecc.

LEX XXVII.

a LATA. a Donatio,quæ debet fieri in scriptis, debet fieri modis pallegatis: etiam si fiat in coniunctam personam h.d. Et tene menti versi.gesta.in fin.quia est no.casus, vbicunque igitur fiat in actis donatio,non est curandum.

a ADD.¶Alex.Lata.Vide ad hanc l.quod no.Bar.in l.post contractum,ff.eo.

LEX XXVIII.

a QVISQVIS. a Rei donatæ retinens vsumfructum, videtur tradere.h.d.Not.quòd quotidie occurrit,& est not.casus.

a ADD.¶Ale.Et ad hanc l.q̃ hẽs in l.3.in pr.de acq.pos.fallit vbi requiritur vera tradõ,& vbi esset suspicio fraudis,fm Bal.in l.1.s.de vsuf. Sed q̃d eɔ,an p retẽtionem proprietatis videretur facta tradõ vsusf.seu vtilis dominij? dic quod nõ,l.4.§.dare,ff.de vsuf.& no.Bal.c.j.q̃d sit inuestitura,& in pr.vt hic.

* Claud.Vide ad materiam huius l.Bald.in c.cum venissent,de rest.spol.in fi.

LEX XXIX.

IN EXTRANEOS. Extraneis & ignotis potest donari.h.d.

LEX XXX.

IN HAC. Donatio in vrbe dẽt insinuari coram magistro census,in aliis apud præsides prouinciarum, vel defensores ciuitatum.h.d.Not.hunc text.Quæro,an in donatione,quæ insinua- a tur,requiratur aliqua causæ cognitio, debet ne aliquis citari?a dico q non,sed solum acta requiruntur,vt per ea donatoris voluntas comprobetur,vt hic dicit not.text.

a ADD.¶Ale.Citari.In insinuatione non debet pars citari,vide Bar.in l.Modesti.ff.e.Bal.l.1.§.illud,de temp.& ap.& l.2.in pr.s.de lit.conte.& l.1.& 2.qñ li. prin.da.melius in l.illud,s.de sacros.ec.& in auth.eo.decursum,s.de do.añ nup.& idem firmat Bal.l.fi.de iu.do. Adde,an notarius possit insinuare donatio,& an iudicis requiratur authoritas,vel decretum,Bal.consi.203.lib.1.

LEX XXXI.

a IN DONATIONIBVS.a In actis iudicialib.non sunt necessa b rij testes.b h d.tene menti istam l.

a ADD. ¶Claud.In donationib.Quid autem si fiant coram arbitris, vide Ale. in terminis,consi.13.vol.1.tenentem quòd sit idem.

b Alex. Idem tenet Spec.in tit.de instr.edi.§.restat,ver.sed cum literis. Et hoc obseruatur in practica,sed ɔsidera propter tex.in l.post mortem,ff.de adop. & hanc l.intellige sicut dicit gl.in auth.de hær.& fal.§.si vero absit. Qñque q non requirantur subscriptiones testium,sed nomina eorum, quod no.per gl.in c.quoniam contra,& ibi vide Doct.& hic Cy.& Bal.& Bar.in l.si procurator,de cond. ob cau dicit hic verum,nisi vtroque consentiente, qđ no. in l.falsus,s.de fur.& vide gl.& doct.l.gesta,s.de re iu.& Bal.auth.sed nouo iure,s.si cer.pet.& Bar.in rub.de fide instr.vide Bal.in l.illud,s.de sacro.ecc.

LEX XXXII.

SECVNDVM. Donationes in vrbe,debent insinuari corã magistro cẽsus,& coram alio,ɔ facientes legitimè puniuntur.h.d.

LEX XXXIII.

ILLAM SVBTILEM. Hæc est bona l.Mãdatum procuratoris in rem suam, seu actoris concessio, morte mandatoris, seu a cedentis non extinguitur. a Et procurator in rem suam ante litem contest.& post,potest alium constituere.h.d.no.De primo dic,vt dixi in l.1. s.de act.& obli. De secundo dic,vt vidisti s.de procu.l.neque.& l.quod quis.

a ADD. ¶Alex. Extinguitur. Vide omnino l.fi.in pr.ff.e.& no.per Bar.l.2.§.sed si quis,ff.de don. Sed an possit reuocari expresse Bal.l.j.de act.& ob.s.tẽt qđ non nisi trib.casib.in q̃b.in l.3.s.de noua.all.gl.in l.sicut,§.si prcurator,ff.q̃b. mo,pig.vel hyp.sol.vide ibi Bal.l.1.in 2.& 3.q. & adde quod Pe.& Cy.l.siquidem.s.de act.& ob.per illum tex.volunt,qđ mandatum in rem suam,morte finiatur,&c.hic erat cessio,non mandatũ. Vide Bal.ibi. & adde qđ si cedens actionẽ iniuriarũ,decedit re itegra,finitur cessio,fm Bal.l.fi.s.de hær.vend.

LEX

LEX XXXIIII.

a SANCIMVS. *a*Donatio vsque ad trecentos aureos insinuatio
b nebnon eget, vltrà, debet insinuari nisi esset donatio imperialis, vel facta ad pias causas, quæ vsque ad quingentos aureos ab insinuatione est libera. h.d.

a ADD. ¶Paris. Sancimus. Vide q. tactam per Ias. in l. licet inter, vers. 2. habes, C. de pac.

b Alex. Insinuatione. Sed quid si quis donat vltra quantitatem hic à lege taxatam, cum aliquo onere adiecto, quod in effectu transit valorem quantitatis vltra istam summam, vtrum egeat talis donatio insinuatione? Et dicit idem bal. per illum tex. quod non, in l. sed si hæc, §. cuidam, de cond. & demonst. & ibi sequitur Imo.

§. NE AVTEM. Hic est bonus casus, & seq. vbi propter immensam donationem communio rei inducitur, licet domino maioris partis pretium offerre, & totum possidere. Aliàs res diuiditur, si est diuidua. Si verò indiuidua, in dominum maioris partis transfertur prædicta potestas. h.d.

1 *Clausula quod tot intelligantur donationes, quot res, quid operetur.*

a §. SI QVIS. *a*Hic est bonus casus. In donationib. quę diuersis
b temporib. celebrantur, cuiuslibet quantitas *b*per se contempla-
1 tur. h.d. Quæro † circa hanc legem de illa clausula, quæ consueuit apponi in donationib. tot intelligantur esse donationes, quot sunt res, vtrum valeat? Certè non, quia hoc solum debet inspici, vtrum eodem tempore sint factæ, vel non, vt ex hac l. & gl. manifestè colligitur.

a ADD. ¶Claud. §. si quis. Ad intelligentiam huius §. vide Ale. post Ang. & Pau. de Cast. in l. scire debemus, in fi. prin. ff. de ver. ob.

b Ale. Quantitas. No. & per bar. in l. recte Sabinus. Et de hac materia uo. spe. de don. & in ti. de instr. edi. §. porrò, versicul. donatio autem, vbi sentit contrarium. Sed Io. And. ibi sequitur eum, & vide etiam ad prædicta ibi Io. And. & adde spe. de do. §. 1. super ver. quoddam. vbi ponit aliqua notabilia.

1 *Qui promittit decem annua, intelligitur promittere in vita sua.*

2 *Et an legibus de insinuatione loquentibus possit renunciari.*

§. SI QVIS AVTEM. Donatio annua in vita contrahentiũ collata, pro quolibet anno videtur vna per se separata: secus si
a ad hæredes extendatur, h.d. No. istum tex. *a* ibi, sinautem etiam
1 hæredem, &c. ꝙ † ille, qui promittit decem annua, intelligatur in vita sua, nisi de hæredib. expresse fiat mentio. Licet contrarium videatur velle gl. in l. si stichum, §. stipulatio. ff. de ver. obl.
2 vbi dixi tibi. Quæro, vtrum † istis legi. quæ de insinuatione donationum loquuntur, possit renunciari, breuiter resp. non, nam legi. quæ inducunt certam formam in constituendis actibus hominum, renunciari non potest. ff. de pac. l. ius publicum. & l. nemo potest. ff. de leg. 1.

a ADD. ¶Ale. Istum tex. An promissio annua transeat ad hæredem, vide bart. d. §. stipulatio, & ibi doc. & vide bal. in l. si idem, in pr. de iurisd. omn. iudi. vers. quæro vtrum istis legibus possit renunciari insinuationi, vide bar. in l. Modestinus, ff. eod. & quod not. in l. si quis in conscribendo, s. de pac. & quod ibi bart.

LEX XXXV.

a SI QVIS ARGENTVM. *a*Qui donat argentum, potest illud tradere in mã, & specie, & in pecunia signata. h.d. Vide gl. super ver. æstimatio. quam vide, & not. de qua materia feci tibi quasi vnam repetitionem in l. Paulus. ff. de solut.

a ADD. ¶Sed hæc l. non habet locum in præsumpta donatione, vt oriatur actio, secundum bal. in l. si pacto quo pœna, s. de pac. & Ang. in l. iurisgentiũ, §. quinimo, & in l. hactenus, §. j. de const. pec.

a §. SED ET SI QVIS. *a*Si donatur res, vel vniuersitas & interueniat traditio vera, vel ficta, donatio dicitur esse perfecta: si interueniat stipulatio, ad perficiendum compellitur: si simplex conuentio huius l. authoritate, vt perficiat compellitur. h.d.

a ADD. ¶Et licet hic dicat, ꝙ donatio solo consensu perficitur, vt inst. e. §. aliæ autem, tamen bene ad hoc ne ab alio possit vel alteri obligari, requiritur traditio vera ad hoc vt dicatur perfecta. Ita dicit not. Bar. in l. 1. j. de iure fisci. per l. fi. §. Lucius, ff. de don. quod est menti tenendum secundum ipsum, & vide ꝙ no. Imo, in l. Aquilius, ff. e. Et an habeat locum in donatio. ante nuptias, vide gl. & bal. in l. j. s. de don. ante nup. An iste tex. habeat locum si factum promittat pacto nudo, vide bar. & ibi dixi in l. iuris gentium, ff. de pac. Et an habeat locum in pacto declinando, vide in eadem l. §. 1. Vide aliquas limitationes per bar. in §. quinimo. & in l. si vnus. §. pactus, circa medium, & in omnibus, ibi dixi, & an habeat locum in donatione causa mortis. gl. est quod sic, in l. cum pater, §. Meuio, de le. 3. adde Imol. in l. qui in potestate, in prin. ff. de testa. vbi all. gl. in d. §. Meuio, de le. 2. & tener bal. in l. si donationis, s. de contrah. emp. Et an habeat locum in factis, vide bal. in l. cum virum, s. de fideic. Et an habeat locum in donatione remuneratiua? Bar. incidenter in l. iurisgentium, in §. quinimo tenet quod non. Contrarium teneo ibi, vbi vide, & dum hic loquitur de ista ficta traditione, vide quid sit reseruatio proprietatis, an dicatur ficta traditio, quæ scripsi in l. 3. in pr. de acq. poss.

LEX XXXVI.

a SI QVIS PRO REDEMPTIONE. *a*Donatio, quæ fit in redemptionem captiuorum, insinuatione non eget, & ille qui hoc officium suscepit, ad ipsum explendum compellitur. Item in donationib. quas magistri militum conferunt in milites, & in his, quæ donantur in reparatione domus combustæ, & quod in casibus prædictis pecunia sit expensa, iuramento probatur; & donationes hodie vsque ad quingentos aureos insinuatione non indigent. h.d. No. tex. ibi, sed tantummodo sacramẽtum præstare, pro istis executoribus vltimarum voluntatum, qui debent iurare se dictam quantitatem in piis causis expendisse.

a ADD. ¶Barb. Si quis pro redemptione. Vide Lud. Rom. consil. 74. incip. in causa nobilis, vbi pulchrè loquitur quando res probatur per iuramentum. Vtrum autem quando res est difficilis ad probandum, debeat hoc allegari, & ideo probatur per iuramentum, vide eundem Lud. Rom. cons. 75. incip. pater reuerende.

Alex. Si quis pro redemptione. In §. ibi donatio, limita, vt dixi, inst. de act. §. in bonæfidei. per bar. in l. nulli, s. de epi. & cle. bar. in l. diuus, ff. si cui plus quam per legem falc.

¶De donationibus quæ sub modo, vel conditione, vel ex certo tempore conficiuntur. Rub.

LEX I.

a SI DOCEAS. Si pactum donationis non seruatur, *a* potest res actione vtili vendicari, & condictione ob causam agi. h.d. Opp. ꝙ imo detur alia actio, l. præscriptis verbis, vt s. tit. 1. l. cum res. sol. Fateor, ꝙ omnes istæ tres actiones concurrunt. Sed contra hoc opponitur: quia nemo condicit rem suam, præterquam à fure, vt l. fi. ff. vsufr. quemad. ca. sed hic datur vendicatio, & con-
b dictio, ergo malè. sol. Ista vendicatio, *b* quæ datur hic datur vtilis fauore alimentorum secundum gl. hic positam. vnde non potest dici propriè res mea, meritò mihi conceditur condictio vtilis, ergo vendicatio vtilis bene concurrit cum condictione, secus in directa. De hac materia plenè dic, vt l. j. ff. de dona.

a ADD. ¶Ale. Non seruatur. Et hanc legem not. alleg. bal. in l. ea lege, s. de condi. ob cau. & vide in l. qui absen. §. j. post bar. ff. de acq. poss. Adde de hac lege Io. Andr. in add. ad spe. in tit. de instr. edit. §. porro, in 2. add.

b Ale. Ista vendicatio. Adde quod not. Bart. in l. si mortis, de dona. causa mor.

LEX II.

SI PRAEDIORVM. aliàs, Si rerum. Valet pactum, quod post certum tempus res ad donantem reuertatur. h.d.

LEX III.

QVOTIES. Ex pacto apposito traditioni rei meæ, alteri etiam
a extraneo, & eius hæredibus actio potest quæri. *a* h.d. hic est bonus casus. Tene menti. Est ergo vnus de casibus, in quibus alteri per alterum quæritur actio. Simile vidistis s. ad exiben. l. pen.

a ADD. ¶Ale. Actio potest quæri. Et facit ad quæstionem, de qua per bal. in l. qui Ro. §. Statius, de ver. ob. Et ibi vide quæ scripsi.

LEX IIII.

PERFECTA DONATIO. Post perfectam donationem nõ potest ei conditio adiici inuito donatario. h.d.

LEX V.

SI QVID. Non refert quid ex æquipollentibus fiat. h.d.

¶De reuocandis donatio. Rub.

LEX I.

ET SI PERFECTIS. Donatio facta in libertum, ex deui in-
a gratitudine reuocatur *a* per patronum: secus in hæredibus eius. hoc dicit.

a ADD. ¶Ale. Reuocatur. Et ad materiam huius tit. quando reuocatur dona. quid de fructibus. gl. no. in l. generaliter. §. si quis. ff. de fideic. lib.

LEX II.

SI APVD. Licet instrumenta donationis sint subtracta, propterea non reuocatur donatio. h.d.

LEX III.

POSSESIONEM. Sola pænitentia donationem non reuocat. h.d.

LEX IIII.

CVM PROFITEARIS. Ex causa turpitudinis donatoris, non reuocatur donatio. h.d.

LEX V.

SI DONATIONEM. Non debet donatio rescindi per rescriptum. d.d.

LEX VI.

VELLES NECNE. Quando mulier donat præsentia mariti, vel filiorum non requiritur. h.d.

LEX VII.

1 *Omnes pœnæ, quæ habent locum in secundo nubentibus, habent etiam locum in non honestè viuentibus.*

a HIS SOLIS. *a* Donatio facta in filios, ex causa ingratitudinis reuocatur à matre, quæ ad secundas nuptias non transiuit. h.d.

a ADD. ¶Barb. No. singularem casum secundum dominum meum in l. donationes, §. species dona. quod donatio non reuocatur propter ingratitudinem, si mater transiuerit ad secundas nuptias, nisi in casu auth. hic positæ.

h.d. vel alr donatio fcā filio vitioso non tenet.h.d.hec l.No.primò, φ ɔdictio ex hac l. qua donatio ex causa ingratitudinis reuocatur,non prosequitur fundum:sed datur contra ipsum donatarium.Item no.†φ omnes a pœnæ statutæ contra secundò nubentes,habent locum in his,quæ non honestè viuunt. quod tene menti perpetuò,quia sæpe allegatur.

a ADD.¶Barb.Item no.quod omnes.Adde tex.de hoc,& ibi d.Abb. in c.vxoratus,de conuer.coniug.& vide gl.in auth.sacrm,§.quando mulier of.tu.& tex.in l.fi.eo.ti.& in auth.de rest.& ea,quę parit in 11.mense.d.Pet.de Anc.in c.ex parte.de app.

LEX VIII.

a SI VNQVAM. a Hæc est singularis & notabilis l. Donatio habet tacitam condonem,si donator liberos non susceperit,iõ natis liberis reuocatur.h. d. Idem intelligit gl. si cuilibet extraneo sic fuerit donatum.Et dicit gl.φ redditur ipso iure,vel condicitur possessio. Et materiam huius l. & multas alias quæstiones circa hoc.dixi plenè in l.Titia.§.Imperator.ff.de leg.2.

a ADD.¶Barb.Vide Lu.Ro.in consi.25.pro ista lege inci. pro decisione eorum, & in consi.166.vbi late tenuit,φ non videtur quis renunciare beneficio huius per iuramentum,& pulchre allegauit.Vide quia all.Io.And.in add.spe.in ti. de dona.adde ad bar.

Paris.Si vnquam.Vide late Ias.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.dec. consi.20. contrarium tenet soc.consi.295. an beneficio huius l. possit renunciari, vide Ias.in l.pen.ver.hoc etiam videmus.C.de pac.

LEX IX.

DONATIONES.Donatio facta in liberos,non reuocatur,nisi ex causa ingratitudinis,h.d.

LEX X.

a ADD.¶Ale. Punitur. Vide in auth.vt non luxurientur contra naturam, 23.q.2.hic quanquam, vbi etiam dicitur de crimine, quod committitur cum brutis, quid in Iudæo? vide in ca.in archiepiscopatu, de rap. Quid in muliere agente, vt vir? vide quæstio.in l.fœdissima, s̃.e.de rap.alias, ff.e.de adult.

LEX XXXIII.

1 *Nomen rei, quando dicatur receptum inter eos.*

ADVLTERII. Habeo istam l.multum charam, quia probat
vnam meam opi. de qua est casus hic. Breuiter dicit. In q.adulterij exceptiones friuolæ reprobantur, exceptiones legitimæ
quæ processum respiciunt, primò examinantur, postea de cri-
1 mine cognoscitur. h.d.† per istam l.ego dico manifestè probari opin.meam, ꝙ tunc dicitur nomen rei receptum inter reos,
quando facta examinatione super omnibus exceptionibus dilatoriis respicienribus processum, iudex pronũciauit super accusatione procedendum esse, vnde ante lit.cont.potest dici nomen receptum inter reos, s.per illam pronunciationem, meritò hic potest fieri reo absente, vt vidistis s̃.eo.l.adulteram. licet
gl.aliter dicat. Dixi tibi in l. is qui reus.de pub.iud.& tunc non
allegaui tibi hanc l.sed heri tantum addidi, & ideo tene menti.

LEX XXXIIII.

SI QVI ADVLTERII. si absolutus ab adulterio proximitatis prætextu, postea cum ea matrimonium contrahat, ex hoc
iuris & de iure videtur nasci præsumptio, ex qua de primo a-
a dulterio, de quo fuit absolutus, poterit condemnari. a hoc dicit hæc singularis lex. quod tene menti. Op. nemo ex præsumptionibus est condemnatus, vt l.absentem.ff.de pæn. sol. ibi loquitur de præsumptione hominis, hic de præsumptione iuris,
& de iure. Op. postquàm quis est absolutus, non potest condẽnari, nisi doceatur de præuaricatione, vt l.si quis homicidij. de
accus.& l.3.ff.de præuaric.sol.specialis casus est hic. simile vidistis s̃.de reb.cred.& iureiu.l.fi.

a ADD.¶Alex. Condemnari. Adde quod Lud.Rom.dicit hic esse casum, quod sententia ex præsumptione prolata nũquàm transit in rem iudic. imò continuo retractari potest, de quo, & de istis simil.sentẽtiis, vide quæ habes hic post Cyn.& aduerte quod præsumptio violenta, quæ secundum ius dicitur habere vim plenæ probationis in causa ciuili, non sufficit ad plenam probationẽ in causa criminali.no.Doct.in c.afferte, & in c.quia verisimile, de prę-sumpt.videlicet de nudo cum nuda, solo cum sola, De quo in cap.literis, de præsump.q̃a habẽt vim plenę probõis, in causa ciuili separationis matrimonij, non sufficeret sola in criminali ad condemnandũ de stupro, facit l.si autem, s̃.de proba.& quod no.bar.in fi.s̃.de iureiur.secus quando est præsumptio violenta approbata à iure, etiam quo ad criminalem causam, quia tũc sola sufficit l.quæ ibi no.facit aut.si quis, cum hic, & ibi no.s̃.e. Et de probatione adulterij qualiter fiat, dic quod per præsumptionem, ita per Bart.in d.l.2.§.fi.in fi.ff.eo.& vnum no. quod dicit Abb.in d.c.vbicunque iudex mouit animum suum ad sententiandum ex præsumptione, debet illum exprimere in sententia, alias iudex appellationis, & cui de hoc non constat, videlicet, an iuste fuerit motus, & non constat ex actis, poterit retractare sententiam. alle.no.per Inn.in c.quoniam, s̃.de proba.& in c.in præsentia, e.ti.& de prę-sump.violenta, vide gl.in l.fin.s̃.arbi.tut.

LEX XXXV.

1 *Qui iniuriatur ex adulterio, iniuriatur etiam ex stupro cõmisso in viduitate.*

a SI MVLIER. a Maritus quondam potest accusare de stupro,
quod committitur in vxorem, quam repudiauit. h.d. hæc bona
lex. Op. cum istud sit crimen publicum, quilibet potest accusare, quid ergo mirum si maritus admittitur? Dicit gl. quòd mari-
1 tus quõdam præfertur, quia magis offenditur ex hac l.no.† ꝙ
ille qui offenditur de adulterio constante matrimonio, ille offenditur ex stupro viduitate durante. Hoc est vtile scire ad probandum quandoque inimicitias, nam ita iniuriantur consanguinei viri iam defuncti ex stupro, quod committit̃ in viduam,
sicut si duraret matrimonium.

a ADD.¶Claud. Mulier. Vide gl.& doct.in l.sororem, s̃.quib.vt indig.

LEX XXXVI.

LIBERTATEM. sicut libertas seruorum intra duos menses à die diuortij impeditur, ita & intra duos menses à die matrimonij soluti per mortem. H.d.

¶Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit. Rub.

LEX VNICA.

SI TVTOR. qui suam pupillam corrumpit, deportatur bonis omnibus publicatis. h.d. Hæc bona lex.

¶De mulieribus, quæ seruis propriis se iunxer. Rub.

LEX VNICA.

SI QVA. quæ seruo proprio se iungit, morte punitur, & omnes ad denunciandum admittuntur: filij ex tali coniunctione nati, insuccessibiles habeantur. h.d.

¶Ad legem Iul.de vi publ.vel priuat. Rub.

LEX II.

a TVTORIS. a Quando pars quota bonorum deuenit ad aliquem ex dispositione legali, intelligitur cum onere debitorũ. H.d. Op. ff.de iure dot.l.mulier. s̃. de hær.vel act.ven.l.2.sol.ibi bona veniunt ad aliquem ex contractu, hic ex dispositione l.fallit in casu l.j.s̃.de hær.ven. vbi fauore fisci etiam quando bona vadunt ad aliquem ex contractu, intelligitur cum oneribus debitorum, De hoc in l.3.§.cũ ex causa. ff. de iure fisci. vbi de hoc dixi, & plenè dixi de hoc ff.de bo.poss.l.j.in prin.

a ADD.¶Ale. Tutoris. Vtrum creditores vnius territorij, agant contra fiscum alterius territorij, tanquam contra hæredes debitoris condemnati ad mortem, & publicationem, vide hic per eum. Ant.& Im.l.ex facto, de hęr.inst.ad de tu bal.consi.55.li.1.& ibi, an fiscus sit primo excutiendus antequam extranei possessores, & an habeantur loco hæredis.

LEX III.

SI CONFIDIS. si masculus, vel fœmina includatur, violentia committitur, & pœna huius l.punitur. H.d.

LEX IIII.

1 *Iniuria facta personæ, quando dicatur crimen publicum.*

SI CRIMINIS. Hæc est bona lex, & facit ad intellectum mul
torum. Violentia commissa circa res, etiam hominibus non
coactis, hac l. punitur. iniuria commissa circa personas ita
demum hac l.punitur, si coadunatis hominibus facta fuerit. H.
a d.No. ergo, a quod † iniuria facta personæ ita demum cadit in
1 crimen publicum legis Iuliæ de vi, si fiat coadunatis hominib.
aliàs est priuata, vt l.iniuriam.j.de iniur. Homines autem coadunatos in hac materia intellige etiam si coadunauit vnum, vt
l.2.§.3.ff.vi bo.rap.quod tene menti.

a ADD.¶Ale. Ergo. Vide tamen in l.2.ff.ad l.Iul.de vi priu.

LEX VI.

1 *Faciens vno tempore vim, occupationem, & homicidium, nõ punitur de quo libet, sed vnum est delictum aggrauatum.*
2 *Si in violentia interueniunt verbera & homicidia, maleficium in persona eius, qui fuit author violentiæ, aggrauat tantum, & quomõ tenebuntur alij.*
3 *Coadunatus ad aliquam vim faciendam si ibi perdit arma, quando possit recuperare à coadunante, & qua actione.*

QVONIAM Multa facinora. Hęc est bona l. si tempore violẽtiæ ex parte inferentis, vel defendẽtis homo aliquis moriatur, inferens vim pœna mortis punitur, & appellare non licet. H.d.
1 Hæc no. lex. †No. quòd si aliquis iuit ad occupandum castrũ,
a vel palatium alterius, & in occupatione aliquem percusserit, vel occiderit, non debet puniri duabus ll. hoc est tanquam violentiam inferens, & occupationem faciens, & tanquam faciens homicidium, & vulnerans, sed totum est vnum delictum, sc. violentia aggrauatum per istas qualitates, sc. q̃ in ea sunt commissa verbera, neces, & similia, vt hic tex. vides no. quem milies
2 allega. & ideo rogo teneas menti. † Secundò no. q̃ istæ qualitates, sc. neces, & verbera, in hac violentia interuenientes, aggrauant maleficium tantum in persona eius, qui fuit principalis, & author huius violentiæ. ita vides hic in tex. qui vim facere, &c. alij autem homines coadunati ad hoc, non tenentur nisi de violentia simplici, vt hic innuitur, & tenebuntur etiam de eo quod ipsi personaliter fecerunt, vt probatur in l. 2. §. si quis non ipse coegerit, sed inter coactos fuerit, ff. vi bon. rapt. Opp. & videtur, quòd non debet puniri quis vltra quàm habuerit propositum delinquendi, Contrà in l. qui iniuriæ. ff. de fur. sol. de hoc dic plenè, vt dixi vobis in l. diuus. ff. ad l. Cornel. de sica.
3 † Quærit gl. *b* vtrum ille, qui coadunatus fuit ad aliquam vio-
b lentiam inferendam, si ibi perdit arma, vel alias res, vtrum possit recuperare ab eo, qui eum coadunauit ex stipulatione, vel actione mandati. solu. Dic quòd non, quia iste contractus est super re turpi, vt l. si remunerãdi. §. rei turp. ff. man. Hoc intellige verum, quãdo quis fuit coadunatus ad aliquam vim illicitam: secus si ad licitam, vt ad aliquem defendendum, & similia, quia tunc esset licita. Quod tene menti perpetuò, rogo te.

a ADD. ¶ Ale. Quod. Et no. ad quod teneatur caporalis, & coadunator societatis, an teneatur pro sociis, vide Bar. l. si quis nõ homine, vi bo. rapt. & gl. hic. Et quis dicatur caporalis, vide bal. in l. j. §. de seru. fug. adde bal. consi. 130. & 136. lib. j.

b Ale. Gl. Vide Inn. c. sicut, de iureiu. & quod dixi in l. j. ff. ad l. Rhodiam de iactu. & bal. in l. fideiussor, §. mand. Facit quod no. Bal. l. si seruus communis, §. quod vero, de fur. & Spe. de iud. in §. speciali, in fi. & per d. Ant. in c. olim, el 1, de rest. spol. in 5. q.

LEX VII.

1 *Causa restitutionis quòd sit priuilegiata.*
2 *Spoliatus quòd ante omnia restituatur, quomodo intelligatur.*
3 *Prima violentia, quando absorbeatur per secundam, & sic dolus cum dolo compensetur.*
4 *Probationes factæ de violẽtia in causa ciuili, an faciant fidem in criminali.*
5 *Eiectus de possessione si eam recuperat incontinenti, non desinit vsucapere.*
6 *Expulsus si recuperat incontinenti possessionem, non incidit in l. si quis in tentam.*
7 *Spoliatus omnibus bonis, non potest ab alio accusari, antequàm restituatur.*
8 *Accusatus est si quis de violentia criminaliter, & de violẽtia constat, officio iudicis poterit fieri restitutio possessionis.*

a SI QVIS AD SE FVNDVM. *a* ista est subtilis lex, & breuiter dicit. Spoliatus debet ciuiliter agere, vel criminaliter accusare: sed si sua authoritate per vim recuperauerit, secundò spoliatus ante omnia est restituendus, & spolians legitimè punietur. h. d. Primò ponit, quid habet facere spoliatus. secundò ponit, quid ei immineat si iuris ordinem p̃termiserit. secunda ibi, quòd si omissa. Op. quòd liceat expulso, sua authoritate recuperare, vt l. 1. §. vim vi. de vi & vi ar. & l. 3. §. cum igitur. & §. vnde vi. l. 1. Huius timore lect. huius l. variatur duob. mod. Vno modo, quòd hic non licet recuperare, s. ex interuallo, sed incõtinenti sic, vt in contrario. & ista est communis lect. quam lect. gl. sequitur. Alij dicunt, vt Io. in fi. gl. quòd hic loquitur quando incontinenti sua authoritate possessionem recuperauit. & quod dicitur in tex. possessionis iura reparantur, s. quo ad damna, quæ passus est ab alio, qui violentiam inferebat, vide istam
1 gl. in fi. Ex hac lege habes notare, † quòd causa restitutionis est priuilegiata, siue agatur ad recuperandam possessionem, siue agatur ad damna, quæ quis passus est in violentia, licet possessionem effectualiter non perdiderit, & est priuilegiata in hoc, quòd ante omnia debet examinari ista causa restitutionis. qualiter autem intelligatur istud, ante omnia, ĩ. dicam. Et debet intelligi lectu. ista, quòd hic agebat ad damna ille, contra quem adhibita fuit violentia, qui recuperauit incontinenti contra eum, qui intulit violentiam. sed contra eum cum legitimè fecerit, non posset agi ad damna, quæ aduersarius passus est, quia quod legitimè factum est, pœnam non meretur. l. Gracch. §. de adul. istam casus positionem tene menti, quia puto eam esse veram, nec scio eam alibi. Alia lectu. quæ communior est, quòd hic expulit ex interuallo, & sic non faciebat legitimè: tunc enim spoliatus secundò ante omnia debet restitui. Sed tunc ad hoc opp. quia huic expulso licet agere ciuiliter, vel accusare criminaliter, prout vult, vt hac lege in princ. & quando ci. ac. cri. præiu. l. 1. sol. dicit gl. fateor, quod expulsus habet electionem accusare criminaliter, vel agere ciuiliter interdicto, pro recuperanda possessione. Sed hic loquitur, quando eligit expulsus agere interdicto, quo casu ante omnia restituitur. Vi
2 dendum est ergo, † quid est hoc dictum, ante omnia, quod hic dicit tex. glos. dicit, ante omnia restituitur, id est, antequàm quæratur quis sit dominus, vel ante omnia, id est, antequàm quæratur de crimine in modum accusationis, & sic pertransit, & etiam Doctor. Mihi videtur quòd nos debemus intelligere text. prout iacet simpliciter, ante omnia. Pro huius euidentia debes scire, quòd quandoque spoliatus agit petens restitutionem possessionis: quandoque agit petens restitutionem damnorum. Primo casu causa restitutionis ante omnia est tractanda, vt hic dicit text. tantum, vt super nulla alia re à suo spoliatore possit conueniri, nisi super illa spoliatione. hic est casus, extra, de ordi. cogn. capit. super spoliatione, & sic debemus istum
b textum intelligere. Si verò agit *b* petens damna, isto casu ista causa debet ante omnia retractari, nec posset super dominio ipsius, vel alia causa reconueniri, vt hic secundum lect. Ioan. nec tamen reconueniri posset de alia spoliatione, vt in cap. 2. extra, de ordi. cogn. Et hoc si secunda causa spoliationis, per quam agitur ad recuperandam possessionem rei, de qua quis est spoliatus, proponitur in modum reconuentionis: sed si proponeretur in modum exceptionis, tunc impediret primum iudicium super damno, & spoliatus ante omnia deberet restitui, & donec restituatur, causa super damnis non deberet agi, vt d. ca. 2. item priuilegiata est causa restitutionis in hoc, quòd ille, qui est spoliatus, si obiiciatur ei de dominio spoliantis, ista exceptio non debet examinari in iudicio, sed ante omnia est restituendus, vt hic, secundum quod glos. intelligit, vt vidistis in l. momentaneæ. §. vnde vi. & §. si per vim, vel alio modo. l. 1. intellige si contra hanc exceptionem de dominio replicetur: secus si petens restitutionem pateretur super illa exceptione procedi, vt extra, de restitut. spolia. capit. 1. quod probatur de iure nostro. Sicut enim se habet exceptio ad actionem, ita se habet replicatio ad exceptionem, vt l. 2. ff. de exceptio. Sed si exceptio non obiiciatur, non impeditur actio: eadem ratione si non obiiciatur replicatio, non impeditur exceptio. facit §. de adult. l. quoniam. Alexand. instit. de replica. per totum. Quandoque spoliatus à spoliatore conuenitur (non curo qua actione, nec ad quid, dum tamen non conueniatur super alia spoliatione) tunc ipse poterit excipere contra spoliatorem suum, quòd non potest conueniri, donec ipse restituatur. Et hoc est, quod hic text. dicit, ante omnia violentiæ causam, &c. Probatur in dic. cap. extra, de ordi. cogn. Si verò de spoliatione agitur, tunc alia quæstio ciuilis non poterit proponi, non propter priuilegium spoliationis, sed propter priuilegium generale cuiuslibet causæ criminalis, quæ non patitur secum ciuilem concurrere, ne ei fiat præiudicium, vt §. de ordi. cogn. l. fin. item oppo. dicitur hic, quòd quæri debet quis & ad quem venit possessio. Contrà iam pro certo proposuerat violentiam esse commissam, quare ergo de hoc quæritur. sol. debet exponi, intulit, id est, intulisse dicitur, & ista est vera. Vel dicebatur quod ex aliqua causa potuit facere, & licitè, tunc ista potest esse bona. ¶ Sumus expediti de prima glos. mag. venio ad sequentem. Oppo. dolus †cum

a ADD. ¶ Alex. Fundum. Hanc l. multipliciter, & nota. limita, vt per Inno. in c. constitutus, de fil. presb. & dixi in l. naturaliter, §. nihil commune, de acquir. pos. & vide omnino in q. 1. in sum. Et ex hac lec. habes no. quod causa possessionis etiam est priuilegiata quo ad petitionem restitutionum damnorum cunctorum spoliati, licet spoliatus etiam incontinenti recuperauit, non tenetur ad possessionem, secus si recuperauit ex interuallo, & secundo spoliatus recuperauit incontinenti à primo spoliante, quia cum secundus spoliatus incontinenti recuperans recuperauit, legitime non tenetur ad damna vltimo lata, & non est alibi, & vide §.

b Alex. Agit. Adde bar. in l. naturaliter, §. nihil commune, in 5. combinatione, de acq. pos. bar. in l. ordinarij, q. & vlt. ff. de rei ven.

3 †cum dolo compensatur, vt l. fi. §. sed si stipulatio. ff. de eo, per quem fac. erit. & de dolo. l. si duo. sed si ego expuli expulsorem
a meum, videtur quòd debeat compensari violentia, a quam feci sibi, cum violentia, quam fecit mihi. Glossa hic dicit aliud in illo generali: dolus cum dolo, &c. non dicit plus. sed in l. 1. in fi. glossæ magnæ, s. vnde vi. respondet quòd ideo non compensatur dolus cum dolo hic, quia videntur esse commissa circa diuersa. Alia est enim vis facta vno tempore, alia facta alio, sed contra hoc videtur ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. bellissimè. Glossa hic dicit, aliud in interdicto quod vi aut clam, vt ibi: aliud in interdicto vnde vi. vt hic. Pet. hoc non placet, nam posito quòd dolus cum dolo compensetur, saltem vnum debitum cum alio debito debet compensari. Si ergo per violentiam, quam intulisti mihi, es effectus meus debitor in centum, & in illa possessione, & consimiliter ego per illam violentiam, quam tibi secundò adhibui, sum effectus tuus debitor in centum, & in illa possessione, igitur debet vnum debitum cum alio compensari. Præterea, dicit ipse, non est ratio diuersitatis, quæ debet esse inter istud interdictum vnde vi, & interdictum quod vi aut clam. quare ergo hic dicitur, quòd ante omnia est restituendus: est verum in eo, in quo passus esset maius damnum, & sic per compensationem non esset sublatum. Doct. nostri citramonta. tenent gl. nostram, vt Ia. de Are. Ia. Butr. & alij. Non ob. quod dicitur, quòd dolus cum dolo compensatur, vel debitum cum debito compensatur, quia vt hic gl. optimè sentit, illud est verum, quando secundus dolus, vel secundum debitum, seu delictum non absorbet & extenuat primum. sed hic secunda violentia absorbet, & consumit primam, ideo de prima non potest obiici, & sic non pt dici dolus cum dolo compensetur, vel violentia cum violentia, quia prima violentia est consumpta. Nec etiam potest dici debitum cum debito compensari, quia primum debitum est sublatum, vt s. vnde vi. l. si quis in tantam. & l. extat. ff. quod me. cau. & vide gl. sic intelligo gl. super verb. quid. Pro cuius euidentia debes scire quòd per l. si quis in tantam. & per l. extat. ille qui secũdo intulit violentiam, perdit omne ius, quod habebat in re, vel ad rem, seu pro illa re, sed si habebat aliud ius extra rem illam, sed forte illius rei occasione, illud non perdit, vt l. qui vas. in pr. ff. de furt. Qui. n. abstulit rem sibi subtractam, licet perdat sibi condictionem furtiuam, quæ datur ad rem, non perdit actionem furti, quæ datur ad duplum, vel quadruplum, quod est extra rẽ. Modo ad propositum, secunda violentia absorbet primam, quatenus propter primam violentiam poterat agi ad recuperandum rem: sed quatenus poterat agi ad cætera damna, & sic extra rẽ, propter secundam violentiam, non consumitur prima, vt d. l. qui vas. Eadem ratione credo, quòd accusatio criminalis, quæ oritur ex prima violentia, non consumitur per secundam, quia illa accusatio, non est ius in re nec ad rem, nec pro re. & sic gl. quæ hic videtur velle, quòd per secundã tollatur prima, etiam quo ad actionem criminalem, non videtur quod dicat verum. Vide gl. licet tamen dixerit, quod prima violentia non consumitur quãtum ad damna, & ad aliud interesse, tamen in hoc secundo iudicio, in quo petitur possessionis restitutio, de illo primo non poterit quæri, quia causa restitutionis habet priuilegium, vt ante omnia, &c. nisi agatur super alia spoliatione possessionis non consumpta per secundam vim, vt s. dixi. Causa ergo, p quã petitur restitutio possessionis, est magis priuilegiata, quam causa, per quam petitur restitutio damnorum, & interesse propter vim, vt patet in d. ca. 2. de ord. cog. Non obst. l. si alius. §. bellissime. quod vi aut clam. Nam vna vis inquietatiua consumit aliam. Non. n. quis priuatur iure suo propter vim in-
b quietatiuã: secus in vi expulsiua, b de qua hic loquitur. Sumus expediti de gl. modo restant alia quærenda in gl. Primò quero,
4 vtrum† probationes factæ de violentia in ciuili, fidem faciant in criminali. Gl. hic dicit quòd nõ, quam vide. & signa per ver. destinatus. De quo plenè dic, vt Doct. tangunt in l. 1. quando ci. ac præiu. cri. ego plenissimè in l. 2. §. j. ff. vi bo. ra. Venio ad vl.
5 gl. vbi quærit aliquas quæstiones. Quærit gl. † quid si eiiciar de possessione, & recuperem incontinenti, an desinam vsucapere?
c Et gl. dicit ꝙ non, quam vide. Verum dicit gloss. c ista, quia ille qui recuperauit incontinenti, non amisit possessionem ciuilẽ, vt l. 3. §. cum igitur. & ibi no. de vi & vi arm. merito non desinit vsucapere, licet gl. videatur aliud dicere, vt in l. qui possessio-
6 nem. ff. de vi & vi arm. & malè. ¶ † Quæro, si expulsus recuperauit incontinẽti possessionem, an habeat locum pœna l. si qs in tantam. s. vnde vi. Gl. hic dicit quòd non. ista quæstio potest intelligi duob. mod. Primò, an ego qui incontinenti per vim recuperaui, inciderim in l. si quis in tantam. & tunc absque dubio gl. dicit quòd non, & bene, quia legitimè feci, ergo, &c. vt l. Gracc. s. de adult. item potest intelligi, an ille, qui per vim me expulit. & fuit ipse incontinenti expulsus, incidit in l. si quis in tantam. Et licet gl. hic dicere videatur quòd non, contrarium tamen videtur dicere in d. l. qui possessionem, de vi & vi ar. s. de excep. l. licet. secundum vnam lectu. puto, quod non incidat in l. si quis in tantam. quia cum iste deiectus possessionem non perdiderit, quia ciuilem retinuit, non potest dici expulsus, & in quantum ad actionem ciuilem, nõ sufficit conatus, nisi habuerit effectum, vt l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furt. Circa legem nostram extra gl. quæro. vidistis quòd exceptio spoliationis potest obiici ipsi spoliatori, vt ante restitutionem de nullo audia-
7 tur agens, per hanc l. & per cap. prædictum. ¶ † Quæro, an extraneo posset obiici hæc exceptio. Breuiter de iure ciuili hoc non reperio, de iure canonico bene reperitur, quod spoliatus omnibus bonis nõ potest ab alio criminaliter accusari, donec
d restituatur. vt extra de rest. spol. c. frequens. d lib. 6. ¶ † Quæro,
8 quando aliquis est accusatus de violentia criminaliter, & de violentia constat, an ex virtute eiusdem iudicij possit fieri restitutio possessionis? certè non, vigore actionis principaliter intẽtatæ, vt l. interdum. ff. de publ. iud. sed per officium iudicis ex quadam æquitate sic. ita tenent hic Doct. Quod dic vt dixi in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & l. defuncto. de publ. iudi.

a ADD. ¶ Alex. Violentia. An vna violentia cum alia compensetur, & quo ad quid, adde gl. & Bar. in l. qui possessionem, de vi & vi arm.
b Ale. Expulsiua. Ecc̃a hanc l. intellige in vi ablatiua, vel expulsiua, sicut in cõpulsiua, vt dicit Bar. per illum tex. ff. de cond. ob turp. cau. vel ista lex non habet locum, si agatur petitorio, no. Bar. in l. 2. in fi. s. quod met. cau.
c Ale. Gl. Et vide gl. Bar. in l. qui poss. de vi & vi ar. & Bar. in l. 3. §. ex contrario, de acq. poss.
d Ale. Lib. 6. Adde Bar. in l. si te. s. de iure delib.

LEX VIII.

SERVOS. serui violentiam committentes vltimo supplicio puniuntur: si ex præcepto domini fecerunt, in metallum damnantur. aliæ personæ viles si violentiam committunt, legitimè puniuntur: punitur & iudex, qui de hoc crimine iudicare neglexerit. hoc dicit.

LEX X.

OMNIBVS. Habere gentem armigeram coadunatam, est crimen publicum legis Iuliæ de vi, de quo etiam potest per inquisitionem procedi. h. d. ista lex.

¶ De raptu virginum. Rub.

LEX VNICA.

a RAPTORES. a Hanc legem habuistis de verbo ad verbum s. de episc. audien. l. raptores. ideo dic vt ibi.

a ADD. ¶ Ale. Hanc l. maxime in ver. si vt hic pone, intellige secundum tex. val de not. Instit. de publ. iudi. §. item lex Iul. de adul. in §. finautem, in istis vide Mar. in suis dictis, sing. 99. & Bal. hic, & an iste ti. habeat locũ in rapiẽte meretricem per vim, & cum eo coeunte, vide text. no. in l. verum, la 2. de fur. & ibi bar. & de hac materia vide Bal. in l. raptores, de epis. & cler. adde ad materiam huius legis bar. consi. 62. lib. 2. in §. oportet, quæro, dicit lex vel statutum, quod rapiens mulierem puniatur, modo vir rapuit mulierem, vel sponsam, vel mulierem de lupanari. Dic, quod non, secundum Bal. in l. ambigua, ff. de leg. quia iste esset intellectus vitiosus, & lex debet esse sancta, immaculata, & sic debet esse eius interpretatio, l. cęteræ, §. 1. ff. famil. ercisc. quod no. & hanc l. vide, & no. bal. l. si quis non dicam rapere, de epis. & cler. & glo. ibi super ver. sponsam, quæ non est alibi, secundum Ange. de quo per Bald. in d. l. raptores, vide quod habes in tract. violent. in ver. cas. & ho. & vide quod habes in l. sed si eximendi, in prin. ff. ne quis eum quis in ius.

¶ De emendatione seruorum. Rub.

LEX VNICA.

1 *Si vulneratus superuixit post vulnus illatum per multos dies, & postea mortuus est, an præsumatur mortuus ex vulnere.*

a SI VIRGIS. a Dominus percutiens seruum, etiam si ex percussione mortuus fuerit, non punitur, nisi occidendi animo hoc fecerit. H. d. Habetis hic gl. super verbo, depulsa. quam no.
1 multum † ad quæstionem de eo, qui percussit aliquẽ, qui post ea per plures menses post mortuus est ex vulnere, an præsuma
b tur b mortuus ex vulnere. Breuiter distingue, an post triduum super

a ADD. ¶ Ale. Virgis. Et vide bal. in l. illud, in fi. ff. de iniur.
b Ale. Præsumatur. Per Bar. in l. fi. ff. ad l. Corn. de sica.

superuixerit, vel ambulauerit, vel non. Habent Decretalistæ super hoc casum extra de homic. non recordor in quo ca. & dixi hoc anno in Digesto nouo.

¶De emendatione propinquorum. Rub.

LEX VNICA.

1 *Iuuenis quis dicatur, vt corrigi possit à maiori.*

IN CORRIGENDIS. Parentibus, & cōsanguineis antiquio-
a ribus licet corrigere [a] iuuenes, & eos corrigendo percutere, dū tamen moderatè, nec cum atrocitate faciant. h.d. Quis dicatur
1 † iuuenis, *b* qui potest corrigi. dicunt quidam, minor 10. ann.
b dummodo corrigens sit antiquior eo, vt l. non aliter. §. 1. ff. de le. 3. d. Richard. Malumb. intelligebat hoc de minore 25. ann. nam ab inde vltra potest se regere arbitrio suo, vt ff. de min. l. 1.

a ADD. ¶Alex. Corrigere. Et quibus liceat corrigere, vide tex. in c. voluntate, de sent. exc.

b Ale. Iuuenis. Quis dicatur iuuenis, & quis senior, de vtroque in d. l. non aliter, §. 1.

¶Ad legem Cornel. de sicar. Rub.

LEX I.

1 *Qui dicit dolo non fecisse homicidium, punitur nisi dolum probet non fuisse.*

FRATER VESTER. qui aliquem absque dolo occiderit, pę
1 na homicidij non tenetur. h.d. No. † quòd ille, qui dicit se fecis
a se homicidium, sed non dolo, debet probare [a] ꝙ dolo non fecerit. hoc autē probabit ex qualitate ictus, & ex his quæ inter eos procedebant, vt j. e. l. eum qui. Facit j. de iniur. l. si non cōuicij.

a ADD. ¶Ale. Probare. Vide Bar. l. j. s. de dolo, & de materia adde bo. text. in l. l. Corn. ff. e. & no. bar. l. vt vim, ff. de iust. & iur. Sed bal. hic eā restringit, videlicet si concurrant alię qualitates, & prę sumptiones, puta etiā genus instrumenti, cum quo percussit.

LEX II.

a IS QVI aggressorem. [a] Licet vnicuique ad suam defensionē occidere aggressorem, vel eum volentem percutere, & etiam eum volentem derobare. h.d. cum tribus legib. seq.

a ADD. ¶Alexan. Canonizata est de pœn. dist. j. in pr. & facit ad no. in l. qui ea mente, & ad hoc adde Bar. in l. damni, §. Sabi. de dam. inf. & bart. l. j. §. diuus, ff. e. & bal. l. si quis non dicam rapere, s. de epis. & cle. & Bal. in l. si fugitiui, s. de ser. fug. & Ange. in l. j. §. 1. ff. quòd quisque iuris, vbi limitat, & per Cy. hic, & per Bar. in c. 1. §. iniuria, de pace iuram. firm.

LEX V.

EVM QVI. Homicidium casu commissum non punitur.

LEX VII.

1 *Statutum dicens, si aliquis occiderit, non verificatur in eo, qui percutit animo occidendi, si non occiderit.*

a IS QVI cum telo. *a* qui ad actum occidendi peruenerit. licet nō occiderit, pœna l. Corn. de sicar. punitur, ac si occiderit. h.d. Hoc verum est, quia illa verba l. Corn. de sicar. hic patiuntur, vt
1 l. 1. ff. e. licet † statuta ciuitatis dicant, si quis occiderit, &c. non verificantur in eo, qui licet animo occidendi percusserit, non tamen occidit, ideo tunc non punitur ex illo statuto. Quod tene menti perpetuò.

a ADD. ¶Alexan. Vide bart. l. 1. ff. de extraord. crim. & l. j. §. diuus ff. eo. & vide Archi. 17. q. 2. si ergo, per Host. in sum. de pœ. §. in quibus, Ioan. And. in reg. de pœ. in mercu, per eum in c. perpetuo, de elect. in 6. in nouel. Bald. l. si fugitiui, C. de ser. fug. & in l. arboribus, §. Iul. de vsufr. & in l. data, s. qui accu. & in l. qui ante operas, ff. de infa. alias s. & vide d. Ant. c. de eo. qui mit. in pos. cau. rei ser. & vide Spec. tit. de act. ver. quid si primo, & vide Bal. c. 1. in §. iniur. de pace iura. firm. adde huic legi, quod pulchrè consuluit Ang. consi. 4.

¶De mathematicis, & maleficis, & similibus. Rub.

LEX IIII.

1 *Dissoluens facturas non punitur.*

EORVM. iste tex. facit cōtra dictum Beati Th. qui reprobat istas incantationes, sed potest loqui de foro conscien. hic loqui
1 tur de foro ciui, vt non puniatur. Quæsitū † fuit à me, vtrum iste, qui dissoluit istas malitias, debeat puniri. Dixi quòd non, & est casus hic.

LEX V.

NEMO. punitur diuinator, & qui diuinatores consulunt. h.d.

LEX IX.

a QVICVNQVE. *a* ista l. facit ad quæstio. vtrum liceat occidere exbannitum, qui ducitur ad curiam. Dic plenè, vt dixi in l. 3. in fi. ff. ad l. Corn. de sicar.

a ADD. ¶Alex. Quicunque. Hæc l. est sing. secundum bal. l. 2. ff. qui. ad li. procla. non licet. Adde quod no. bar. l. 4. ff. ad l. Iul. de vi priua. Adde Bar. l. si victum, ff. de re iud. Adde Old. consi. 120.

¶De sepulchro violato. Rub.

LEX IIII.

1 *Si per statutum imponatur pœna pecuniaria pro homicidio, an sit sublata pœna legis Corneliæ.*

QVI SEPVLCHRA. No. quòd licet per l. nouam imponatur aliqua pœna noua pecuniaria reo, non propter hoc tollitur an
a tiqua [a] l. quæ imponit pœnam corporalem. & per hoc dico, ꝙ
1 † si statutum pro homicidio imponat pœnam pecuniariam, non propterea tollitur pœna l. Cor. de sica. tamen si quis condemnatur vigore statuti, quod imponit pœnam pecuniariam, tollitur condemnatio, quæ resultabat ex l. Corn. de sic. quia Senatus voluit ne quis ob idem crimen duabus ll. fiat reus. l. senatus. ff. de accusa.

a ADD. ¶Alex. Antiqua. Quod lex noua imponens pœnam non tollit antiquam pœnam corporalem, bene facit tex. l. fin. autem aliquis, ver. eum enim gemini tramites, s. de iure del. Et vide Cy. & no. p bar. in l. 1. ff. vi bon. rap. & ibi dixi. adde vt per Spe. ti. de pœ. tem. lit. & ibi Io. and. in vlt. add. & bar. & Spe. in ti. de act. §. 1. circa prin.

AVTHEN.

SED NEQVE ANTE. Proximiores, & cognati defuncti nō possunt cogi, vel vocari ad iudicium ante nouem dies ab obitu numerandos. h.d. Per l. hanc defendi quandam mulierem, quæ
a prohibebatur filio succedere, quia non petiit filio tutorem. *a*

a ADD. ¶Alex. Tutorem. No. pro excusatione mulieris non petentis tutorem filio, quia non currit tempus, de quo hic. vide gl. & l. 2. §. confestim, ad Tert. & ibi bar. de hoc.

¶Ad legem Corn. de fal. Rub.

LEX I.

SI PARTVS. Accusatio matris propter ætatem filij non differtur. h.d. Gl. quærit vtrum sententia de partu supposito, lata contra matrem, præiudicet filio? Determinat ꝙ non, & bene. Dic vt in gl.

LEX II.

SATIS APETRE. Si crimen falsi gratia differendæ executio
a nis obiicitur, non impeditur executio. h.d. Dixi plenè *a* de materia in l. fi. s. si ex fal. instru.

a ADD. ¶Alex. Plenè. Vide eum in l. 4. §. condemna. de re iud. & vide ad hanc materiam cum ibi no. per Cy. id quod no. bal. in l. si quis testium, s. de test. vide tex. & ibi bar. in l. fi. ff. de prob.

LEX III.

LICET. Non videtur scripturam approbare, qui eam falsam ignorat. h.d.

LEX V.

FALSI. Habeo istam l. pro notab. quando iniuria principaliter matrimonium respicit, filius non potest accusare parentem etiam si suam prosequatur iniuriam. h.d.

LEX VIII.

1 *Practica interrogandi partem, an velit vti testibus, & eorum attestationibus, & de effectu dictæ interrogationis.*

2 *Qui dicit se non vsurum aliquo instrumento, ex hoc arguitur instrumentum falsum.*

3 *Cautela vt aduocatus partis, contra quam testis aliqui l falsò dixerit, interroget partem.*

SI FALSOS. Faciens falsum instr̃m, non releuatur à pœna, si eo

a eo ꝓfitetur se nō vsurū, secus in eo q solo vsu *a* in pœnā inci-
b dit.h.d.tene mēti. Per hāc l. ᵇpracticāt Aduocati, qd̄ qn̄ testes à
1 parte ꝓducti reperiunt̄ dixisse aliqd falsum, † publicatis atte-
stationib. qd̄ faciunt partem illā interrogare, an velit vti illis te-
stib. & eorū attestationib. & si dicit pars, ego dico me nolle vti
dicto talis testis, intelligitur excusata à pœna falsi: secus si ipsa
illum testem induxisset ad ꝓbādū aliqd falsum, qa articul⁹ de
se ꝯtinebat falsitatem, tunc.n. incideret in falsum, ex eo, qd̄ eū
ad hoc scienter ꝓduxerit, & facit eū dicere falsum testimoniū.
sec⁹ si super aliqb. incidentib. testis falsum dixisset: tunc.n. pars,
2 q̄ ad hoc eū nō ꝓducit, ṗt licitè renunciare. no. ēt, † qd̄ qn̄ aliqs
dicit se non vsurum aliquo instr̄o, illud instr̄m hētur, vt falsū,
vt habuistis s̄. de fi. instr. l. si aduersarius. Item est ꝯsilium ex hac
3 l. † ꝙ aduocatus partis, ꝯ̄ quem testis aliquid falso dixerit, faciat
requiri partem si vult vti illis attestationibus. si enim se dicat
vti velle, poterit partem vnam cum teste accusare de falso.

a ADD. ¶Ale. Vsu. No. de eo, qui vtitur falsis testibus, vel instr̄is, sed si nō vte-
ris nisi vno instr̄o, cum protestatione, quod non intendis eo vti, si est falsum.
ego tibi dixi quod erat falsum, & assignaui tibi causas falsitatis, postea qua-
si in fine causæ vis desistere, dico quod non euitas pœnam falsi s̄m Gand. in
tract. malef. in ti. de falsa. & fal. q. 3 q. certioratus est statim non desistens, nō
caruit dolo, l. 3. ff. de lib. & posth. Secus si instr̄m probetur, tn̄ non falsum, s̄m
l. vis eius, alias l. iubemus, s̄. de probat. Et istis adde Bar. in l. si aduersarius, s̄.
de fide instr. Et omnibus istis, de quib. hic per Bar. adde multū no. Bart. alias
Bald. in l. fi. s̄. si ex fal. instru. & in l. diuus, la 2. ff. eo. si quis producit testes fal-
sos sciente aduersario, & non contradicente non committit falsum, l. de tu-
tela, & ibi Ful. s̄. de in integ. restit. quid si instrumentum est falsum, sed nō in
eo, in quo est vis quæstio. an vtens eo scienter puniatur? vide Io. And. in add.
Spec. in tit. de instr. edi. §. postremò, alias §. seq. in addi. quæ inci. huic dicto.
Item tenet quod sic. Adde, an si stet statutum, quod vtens falso instr̄o punia-
tur, an punietur qui eo vtitur per proc. vide Rom. consi. 155. & de comburen-
te, cancellante, vel incidente aliquam scripturam, vide Bal. consi. 133. vol. 3.
Falsum instr̄m, an dicatur, si notarius dicit, in pn̄tia talis deponentis con-
fessus est Titius, & re vera nullū factū est depositū. vide Bal. ꝯsil. 23. vol. 3. &
qualiter teneat̄ ꝓducens falsos testes sup veris cap. vide Bal. consi. 304. lib. 1.
b Paris. Per hanc. Vide Fel. in c. præsentium, ver. tertia conclusio, extr. de testi.

LEX XII.

1 *Exceptio falsi quanto tempore tollatur.*
2 *Officium iudicis, per quod inquiritur, quanto tempore tollatur.*

a QVERELA. *a* Hæc est no. & sing. lex. Accusationes crimina-
les tpalib. p̄scriptionib. non tolluntur. h.d. vel sic. Accusationes
criminales īr 20. an. tolluntur. h.d. No. tex. ibi, fere, quod dicit
propter quædam, quæ minori tpe tolluntur. Gl. tua circa hāc l.
1 quærit, quāto † tpe tollitur exceptio falsi. Resp. quod quæ sunt
tpalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum, vt l. licet. s̄.
de exce. & ff. de do. exce. l. purè. in fi. Quæro, cum de falso possit
b procedi ad inquisitionē, ᵇvt l. nullū. ff. de test. & l. pe. s̄. de prob.
2 † quanto tpe tollatur officium iud. per quod inquiritur. Gl. hic
vr̄ dicere 30. an. Vide gl. 1. in fi. Quod officium iud. tollatur 30.
ann. habuistis tex. cum gl. in l. sicut. s̄. de præsc. 30. vel 40. ann. ta
men in casu proposito arbitror gl. nostram non dicere verum.
Nam offic. iud. inquirentis succedit loco accusationis, vt extra,
de accu. c. qualiter, & quando. Sicut ergo accusatio tollitur 30.
ann. vt hic, ita eodem modo iudicis officium. Præterea text. hic
generaliter loquitur. querela enim falsi est, siue de hoc quere-
lam facit pars, siue ipsemet iudex. Etiam vidi istam q. de facto,
& dixi modo hic. Ego puto, quod si à statuto statuatur tempus
certum ad accusandum, quod vltra illud tempus non poterit
inquiri. licet gl. hic videatur innuere contrarium, vt hic vides.
quod perpetuò tene menti.

a ADD. ¶Alex. Querela. Vide no. in c. licet cām, de prob. & in c. cum venerab.
de exc. in gl. fi. & ibi per Io. And. & Spec. tit. de sen. prola. §. qm̄, ver. & no. s̄m
canones, & dum dr̄ hic, ꝙ actiones criminales 20. ann. tolluntur, hoc vr̄ pro-
cedere quantum ad pœnam imponendam, sed quo ad declarandū iam im-
positam non tolluntur, c. si si quis exigentibus, in fi. de præscri. in 6. s̄m d. Per.
de Anch. quod bene no. & adde tn̄ quod executiones istarum sn̄iarum, quæ
sunt iuris Rom. eccl. durant centum ann. s̄m Bald. in l. fi. de sacros. eccl. & ibi
nunquam fiat contra Ang. no. deci. Adde ꝙ in pœnis spiritualib. nulla currit
præscriptio, s̄m Bal. in d. l. fi. in fi. s̄. qui accu. & Spec. ibi & s̄. & Ang. l. diuus,
ff. de re iudic. Sed quæro quanto tempore durat accusatio, quo ad effectum
publicationis bonorum. Dic ꝙ quinquennio tantum. casus est mirabilis, s̄m
Ang. l. cognitio, ff. ad Sil. quod intellige secundæ accusatione finita, non po-
test agere fiscus contra hæredem damnati actione ciuili, petitione hæredi-
tatis, l. j. s̄. de his quib. vt ind. & durat per 10. ann. l. Caius, ff. ad Sil. & ad d. l. in
cognitione, vide gl. hic, & tene menti. d. Spec. tit. de sent. §. restat. ver. si vero,
el 1. vbi tenet, ꝙ querela falsi non limitatur 30. an. vt dr̄ hic, sed durat perpe
tuo in casib. no. & per Ang. in l. diuus, ff. de re iud. & Doct. in c. licet, de prob.
b Alex. Ad inquisitionem. vtrum iuri inquirendi præscribatur 20. ann. adde qd̄
Ang. in l. si vacantia, in fi. hanc gl. reprobat per l. filiusfa. §. veterani, de proc.
& dicitur ita audiuisse à Bar. facit l. quos prohibet, ff. de postu. adde text. &
gl. in l. falsi, s̄. eo. & vide quæ dixi in l. ita demum, de proc. & vide Bal. in rep.
l. cum mulier, in fi. sol. mat. Adde an sublato iure querelandi, sit sublatum ius
inquirendi. Pet. de Anch. in consi. 120.

LEX XIIII.

EVM QVI. Intellige hoc verum esse in eo, q subtrahit testm̄:
in eo verò, qui subtrahit aliud instr̄m, non habet locum pœna
falsi, nisi ex actis publicis subtraheret, vt l. Paulus. in prin. ff. e.

LEX XX.

1 *Cautela, quòd quando accusatur de falso, dicatur scienter, & dolose.*
2 *Falsum accipitur tribus modis.*

NEC EXEMPLVM. Hæc est bona l. Falsum non committi-
tur sine dolo. h.d. Vnde per hanc l. mementote semper, quando
1 facitis † accusationem de falso, vt dicatis, scienter falsè, & dolo
sè. verum tamen eo ipso ꝙ tu accusas eum de falso, videris di-
cere dolosè, quoniam aliter non est falsum. Vnde natura verbi
prolati, qui eum de falso petit puniri, hoc includit, ꝙ dolosè fe-
a cerit. ᵃ Et ideo pro eius declaratione debes scire † ꝙ falsum acci
2 pitur trib. mod. ᵇVno modo largè & largissimè, & hoc modo
b omne non verum, est falsum secundum Dialecticos, vt l. si is q
ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. alio modo accipitur falsum nō
ita largè, & hoc est omnis immutatio veritatis, vt in aut. de inst.
cau. & fid. §. j. & hoc etiam modo non dicitur punibile falsum,
nam secundum hoc omne mendacium esset falsum, quod non
est verum, vt l. quid sit falsum. ff. eod. Tertio modo sumitur fal
sum. s. illud, quod incidit in aliquod capitulum legis Cor. de fal.
quod patet ff. ad l. Cor. de fal. per totum. Hoc probatur in d. l.
quid sit falsum. Ita debetis intelligere hanc legem.

a ADD. ¶Ale. Dolose fecerit. Adde quod Bart. & quod dixi in l. 1. §. non autem.
ff. si quis test. lib. esse ius. fue. non tamen in dubio præsumitur commisisse fal-
sum faciendo, vt dixi post Bar. in l. si quis obrepserit. ff. e. Item quod not. Bal.
in l. cum donationis. ff. de trans. & idem dicit Bal. l. fi. s̄. ad l. Aquil. quod pro-
bato damno, satis est probata culpa dantis damnum.
b Alex. Tribus mod. Quod modis dicatur falsum, adde tamen quod quasi fal-
sum, non requirit dolū, l. diuus, la 1. & ibi Bar. ff. e. & vide in d. l. qd sit falsum.

LEX XXI.

1 *Statur dicto notarij super scriptura, & quod fuerit per ipsum confecta, quan*
do de hoc dubitatur.
2 *Tempus commissi delicti inspicitur in modo procedendi.*

a SI QVIS DECVRIO. ᵃ Dignitas superueniens non excusat
notarium à tortura in q. falsi vbi expedit. Item per notarium fi
1 des scripturæ imponitur. h.d. no. hunc finem, † quem intellige,
b quod scriptura notarij ᵇ probatur per ipsum solum notarium,
quando habet debitam formam. s. testes, & alia, & solum dubi-
tatur, an sit scriptura notarij. Ita intelligit Rich Mal. & ita etiam
c videtur sentire ista gl. Not. etiam, ᶜquod licet superuenit digni
2 tas tamen quantum ad modum procedendi inspicitur † tem-
pus, quo est commissum maleficium. Dixi in l. 1. ff. de pœn.

a ADD. ¶Alex. Decurio. Vide quod in materia huius l. dixi post Bar. in l. impu
beri, §. 1. de fal. & quod no. Bar. in l. vniuersas, hic alle. in gl.
b Alex. Notarij. No. quando notarius possit torqueri, si dicit se amisisse proto-
collum, vide Bal. in rub. de fide instr. ver. quæro dixi, &c.
c Alex. Etiam. Adde quod Bal. de pace Const. versi. in nomine Christi, dicit si
anciani alicuius iurauerunt tenere aliquam credentiam, & aliquis eorum re
leuat in damnum communitatis, quod debet ab officio remoueri, & quan-
docunque imponitur hic pęna remotionis durante officio potest agi de cri
mine. Nam si expectamus finem officij, fieret amotio, vt s̄. ad l. Iul. repe. l. iu-
bemus. Quæ autem dicatur credentia, dixi in l. Lucius, de fideic. Et ad prædi
cta bene facit tex. no. & ibi Bal. in c. 1. quib. mod. feud. amit.

LEX XXII.

VBI FALSI. In quæstione falsi, vtrique parti incumbit onus
probandi, & eius pœna est pęna mortis, vel deportationis. h.d.

LEX XXIII.

1 *Falsitas commissa debet alicui nocere, vt quis in pœnam falsi incidat.*
2 *Falsitas vt puniatur, sufficit ꝙ noceat, quoad semiplenam probationem, vel*
aliquale indicium.
Testis deponens non iuratus, vel die feriata, an possit de falso condemnari, re
missiue.

DAMVS. Quocunque modo falsum committatur, potest de
eo ciuiliter, & criminaliter agi. h.d. hæc l. cum seq. Not. text. ibi,
rōes priuatas. Vide Gl. super hoc verbo. Ex hac gl. cum tex. not.
1 duo. † Primò, ad hoc vt qs incidat in pœnam falsi, reqritur qd̄
a illud falsum qd̄ fecit, alicui noceat. *a* Scd̄ò no. qd̄ sufficit qd̄ no-
2 ceat, † quo ad semiplenā probōnem vel ad aliquale indiciū, vt
hic

a ADD. ¶Alex. Noceat. Adde quod licet non noceat, sufficit quod potuerat
nocere, l. si falso, s̄. e. & in l. qui veluti, s̄. e. & hic adde tex. & ibi Bar. in l. 1. §. in
rationibus, ff. e. & vide Bal. in addi. Spec. in tit. de execu. sent. vide Imo. in l. 2.
ff. quemad. testa. aper. adde quod Pau. de Cast. consi. 101. consuluit per hanc
gl. quod falsificans postas libri sui priuati, non sit puniendus. Cui adde falsi-
ficantem priuatam scripturam, Bal. consil. 123. lib. 1.
Paris. Alicui noceat. Vide Soc. cons. 104. & cons. seq. Pau. de Cast. cons. 151. Ale.
consi. 79. & consi. 78. vol. 1. Gand. in tract. malefic. in rub. fal. Fel. in c. 1. versi. se-
cundo, extra, de præscrip.

hic vides. Quod facit ad q.vtrum testis,qui deposuit non iura-
tus,vel die feriato,ita quod non valeat eius dictum, possit con
demnari de falso.De quo plenè dic,vt l.si quis legatum.in prin.
ff.eod.quod tene menti,&c.

a ¶De his,qui sibi adscribunt in testa.*a* Rub.

a ADD. ¶Barb.Testamento.Et vide consi.Bar.incipiens,quidam filiusfa.pres-
byter,adscripsit suo patri legatum.notarius existens,vide pro isto tit.

LEX I.

a QVANQVAM.*a* No.ex hoc tit.ꝙ notarius non potest confi
b cere instrumentum ad sui vtilitatem,[b]quod tene menti.
a ADD.¶Ale.Quanquam.Adde Bar.l.filius,§.sequens,& l.si pater,ī fi.ff.de fal.
b Claud.Vtilitatem.Quid autem si specialiter non concernat ↄmodum suum;
sed in vniuerso:puta quia testator instituit proximiores,&scribens sit de il-
lis,vide per Aret.consi.88.in j.dub.

¶De falsa moneta. Rub.

LEX II.

a SI QVIS.*a* No.tex.istius l.in fi.dicit,ꝙ ętas pupillorum quic-
quid videt ignorat. Item no.ex glo.ꝙ ille potest cudere mone-
tam,q habet ex priuilegio Principis, & forte illud priuilegium
concessum priuatis non valeret,sed solùm concessum commu
nitatib.ideo illi de Fisco,q faciunt cudi florenos,non possunt.
a ADD. ¶Alex.Si quis.Hæc lex est notabilis,ideo ad multa signatur,maxime
ad id quod no.Bar.in l.1.de fabr.lib.12.Sed an alchimista puniatur.vide And.
